2

zu 6, verheftet

¶ Auguſtinus ad virgines de ſobrietate & ebrietate incipit felicit'

CVm mortalium mutabilis mens· vel bonis aliq̄ndo· vel malis intētionib⁹ delectet᷑ pleriq̧ ſeu plenitudine maloꝝ ad actus bonos· ſiue cōcordia mentis ex bonis ad malos p̄cipites transferant: diſputādi materias· moꝝ ponderatorib⁹ gignūt· qb⁹ agnitis correctos letent᷑. Inconuertibiles aūt in ſuis iniquis moribus cōfundant᷑. Difficile nanq̧ bonoꝝ appetitores inuenies: q̄m malorum deſertores· quia q̄m pluribꝰ· & pene cūctis mortalib⁹ dulcia ſunt ea que carnē fouēt q̄ que a viciis frenant· & q̄m ſtudii cōmoda a nobis ſuggerenda ſūt honeſtatis: amonemus in tali ꝓpoſito militare volentē· ſegnē· ſōnolentū· atq̧ temulentū eſſe nō debere Quoniā ab his tribus viciis· niſi quis fuerit declinat⁹ ſecurus nunquā poteſt eſſe· vel tutus· ymo & periculꝰ omnib⁹· et ipi etiā morti erit is ſemp obnoxius. Fortitudo enī inimicum opp̄mit· vigilantia conantib⁹ inſidias obſiſtit. Sobrietas vero p̄paratū cor homīs facit. Propterea enī dominus deus noſter paterno affectu per

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

pphetas et aplos ſuos nobis pcepit·ab oibus viciis·& maxime ab ebrietate·q oim vicioꝝ gurges eſt ·penitus abſtinc. De cuius materie malo volumus lectori aliquãta proferre·quem tantis monitis hortamur animũ intente apponere· & ſermoni noſtro·at ſi minus lucẽti qm auditus eloquẽtium·veniã dare. Suademus eni auditores rationi·& doctrine debere aduertere. Non fucũ ſpumãtis ſermonis·aut artificioſã eloquentiã expectare. Vnde primitus propter libelli titulũ vl decorẽ·fructus & bona ſobrietatis inquãtũ poſſumus·pferamus· & poſtea ebrietatis indecoras moleſtias publicemus. Sobrietas nãq caſtitatis ẽ·ſẽſus et mẽtis mẽbroꝝ oimq tutela·caſtitatis·pudicicie qmunimẽ. pudori pxima amicicie paciſq ſerua·honeſtati ſemp cõiuncta · criminũ vicioꝝ q oim profuga·recti iudicii tenax ·memorie recordacõ ſq inſeparablis ſapiẽtie·ſecretoꝝ cuſtos archani velamẽ · lectionũ & doctrine capax ·ſtudioꝝ & artiũ bonarũ diſcipula pariter & magiſtra ·ingeniorum & capiendorum pediſſequa·bone fame ſemper auida. In cogitationibus ſalubria atq vtilia creans· virtutis ſingulare auxilium· cuncta curatiõe

diſponens·in cõgregatione honeſtoꝝ ſe ipſã ſemp ingerens. Sobrietas temeritatẽ fugit· pericula cuncta declinat·mutuis officiis obtemperat·ſupbiam deteſtat·domũ familiãq; cum moderatione gubernat fidem ſibi cõmittentib9 ſeruat Et vt ſumatĩ breuit q; dicã Sobrietatis pſeuerantia ·ineſtimabil' eſt animi fortitudo·omnes eam virtutes & omnes laudum ſemper tituli cõcupiſcunt· quia ſine ipa ornari aut placere non poſſunt Econtra ebrietas ab añie iniuria incipit·& flagitioꝝ oĩm mater ẽ ·culpaꝝ materia·radix criminũ·origo oĩm vicioꝝ·turbatio capitis·ſubuerſio ſenſus· tempeſtas lingue·procella corporis·naufragiũ caſtitatis. Ebrietas temporis amẽtia eſt·inſania voluntaria ·ignominioſus lãguor male ſana debilitacõ·turpitudo moꝝ·dedec9 vite·honeſtatis infamia·aĩe corruptela·Ebrietas vt quotidie cernimus·amplaꝝ familiaꝝ qm̃plurimos labefecit·& cura gubernacõnis deſtitutos·parentum·auorumq; ſuorum beneficia vbiq; congregata · atq; ingenti precio cõparata vili nummo diſtrahere fecit. Ebrietas in vtroq; ſexu cuncta mala ſemp appetit·

et nefanda committit·ebrietas timorem dei aufert·futurum iudicium dei de corde ſe habentium tollit. Ebrietas vt ait apoſtolus regna celeſtia appetentibus denegat. Ebrietas temulentis tempora furatur· dies ſubripit· depoſiti ſui non reminiſcitur · & ante illum poſita nec mente nec oculis contuetur· famulo vero non ſolum fidem aufert·ſed etiã fraudulentũ & ſeruitutis officio inutilẽ facit·& alia mala que comprehendi non poſſunt. Et quoniam ab aliquantis vini non temperatur vſus · ſed potius appetitur exceſſus · obitus corporis·& vite periculum·& opiniones ·ac fame grauiſſimum acquiritur damnum. Non enim fomentis corporalibus prouiſum eſt vini munus · ſed penitus intdicitur· et ſobrietatis diſciplina cuſtodienda ſancitur Eſt quidẽ in multis vite mortalium vinum neceſſariũ· debilem ſtomachum reficit·vires deficiẽtes reparat·algentem frigore calefacit· vulneribus infuſum medetur·antidotis etiam diuerſis ꝗ medicaminibus adiunctum · ſalutem operatur·triſticiam remouet·languores omnes animi delet·leticiam infundit · conuiuas

honeſta miſcere colloquia facit. Paulo amplius vero ſumptum· potanti quodammodo cõuertitur in venenum· Propterea enĩ abſtinẽtiã vini· ſacerdotibus primo & leuitis a dño legimus imperatam· quia oportebat ꝙ illi ꝑmitus ſobrietatis modum obſeruandum ſuſciperent· qui ceteris mortalibus non dictis ſed factis ꝑcepta diuina caſtitatis & ſctitatis moribus adimplerent· leuitico libro dicẽte. Et dixit ad aaron· vinũ & oĩe qoud inebriare poteſt non bibetis tu & filii tui· quando intratis in tabernaculum teſtimonii· ne moriamini· quia preceptum ſempiternũ ẽ in generationibus veſtris. Ezechiel quoq; ꝓpheta ſimiliter dicit. Et vinum non bibet omnis ſacerdos· cum introire inceperit in atrium interius· auctorum vero ſecularium quamplurimi ſobrietatis preceptoꝝ libros plurimos edidetunt. Quorum aſſertiones· contra ebrietatis vicia non proferimus · quia humana decent diuis· nõ diuina huãnis teſtimoniis ꝯfirmari Quare deb; ꝯgrua obſuacõe ſobrietas cũ ſacerdotali affectu ↄ̃tare· qa q nõ ſobrius acceſſerit ad diuine maieſtatis altare · ſentiet mature

mortis interitum. Quicunqꝫ ſacerdotali ho=
nore preditus proximus fuerit ebrietati. vi=
cinus eſt vltioni. Et in eos qui deo proximāt
ſi fuerint temulenti. procul non ſunt vindi=
cte que ſeruiant. Ergo quiſquis diuino in mu
nere conſtitutus vinolentus acceſſerit ad ſa=
cramenti celebrationē. mortis conſequende
non habet dilationem. Contrarius nanqꝫ eſt
vnicuiqꝫ rei ſemper exceſſus. & in quocunqꝫ
ſexu nimietas adhibita fuerit viciū fac̄. Qua
re quicquid immoderatum indiſciplinatū qꝫ
eſt: proximum ruine conſequitur caſum. quia
vbi modus non eſt: periculum totum eſt. &
quecunqꝫ res non habet tem̃pamentum. pre=
cipitat in exicium. Sic itaqꝫ dum quiſquis im
moderatus conuiuioqꝫ medius. āmiſſis mode
ſtie frenis. inſana fuerit ebrietate proſtratꝰ.
auerſus reſpicit nutantes. quos integros vi=
dere nequiuit. aut ſ̄mone lōgo ſuꝑflua verba
emittit. & vana dicta ꝯponit. male clamās et
bene ſibi ſonās. vultu deiecto ſupinꝰ. accūbit
vomiciis. et ſui oīno neſciꝰ. ſpectaculū ꝯuiuio
p̄bꝫ. & dū nihil ꝯſeq̄t ſanū. nllo alio cogēte p̄t
vinū cordis ſui archana patefacit et amicoꝝ

(Nota.)

ſibi cōmiſſa ſecreta·in medium prodit· aduē
ſa autem vel crudelitatis vel turpitudinis fa=
cinora perpetranda· facilis inuenit̄·cui nulla
ſobrie mentis ratio·ſed ebrietas dominat̄·aſ
ſumit inter pocula iniuſta certamina·et nulł
ſtantibus cauſis·aſperā excitat rixam·quia in
terponendo verba vana· alioꝝ ſana dicta nō
patitur et in contumeliā erigit̄ conuiuaꝝ·&
ī c̄mia ꝓximoꝝ. Iſta lector vt libent̄ accipias
admonēdū te credidi Quare lege petri apłi
epiſtolā ad gentes·pauli ad romanos· ad cho
rinthios ꝑmā·ad epheſios· ad theſalonicēſes
ad titū caute. Propterea ad ebrietatē cauēdā
dominum noſtrum hieſum criſtum · audi in
euangelio dicentem attendite vos· ne grauē
tur forte corpora veſtra crapula & ebrieta=
te·quia dominus iraſcitur ſeruo· cui multas
plagas in aduentu imponere comminatur.
Quare abſtinete vos a talibus · agentes vel
facientes·abſtinete veſtram inſaniam·& ho
mines vos non culpas humanas cognoſcite ·
& tantā turpitudinē a vobis abicite·& ebri=
etatis c̄mia totis virib⁹declinate Ruſticanū
qdē ſed ſanū dictū adūtite·vinū medicamtū

plus iuſto ſumptum·venenum eē cognoſcit̄.
Tantam ergo turpitudinem a vobis abicite
& ebrietatis crimina totis viribꝰ declinate.
Nota. Iocunditati non ebrietati creata ē vini mate
ria·per cuius moderationem ſitis extinguat̄·
nō tamen vt vſqꝫ ad ebrietatem bibatur. Fu=
gite crapulas· eaqꝫ loquentes·aut facientes·
quibus ſobrii non erubeſcant. Fugite crapu=
las que ſolis lugentibus·a conſolantibus ami=
cis vel proximis in exequiis ingerant̄· dolor
enim āmiſſi funeris·ſine vini quamuis nimie
tate temperari non poteſt. Tu vero o homo
incolomis · quotidie vino cogente deſideras
mori· & tanto quanto poſſent plurimi cum
iocunditate letari·& ſobrie ſaturari·non con
ſideras turpe eſſe·plus ſibi velle hominē qm̄
capit·nec ſtomachi ſui noſſe menſuram·non
cōſiderans ebrietati deuinctū ſue ꝑtatis eſſe
nō poſſe·vt quid potādo facis exceſſus? niſi vt
ꝑ ꝓuocatoē; vini inſoleſcas ī peiꝰ. Naſcit̄ ex
hac potādi infelicitate intꝑ ꝓuocatos et ꝓuocā
tes ignominioſa certatio·et vincenti ꝑ̄pitudo
Nota. deterior. Ex hoc enī multoꝝ mēbra cibos ex
cuſāt·& vino dedita ꝑcoq̄ debilitate·& cru=

da ſenectute marceſcūt. & adhuc etate viri-
des tremula vibracōe quaſſant̄ . inde pulmo-
nes vſtiōe vini q̄tidiana putreſcunt . & ꝑ ora
veluti mortuoꝝ ſpūs tetros emittunt. In his
ergo talibus. non ratio ulla. non ulla geren-
de vite cōſilia. nō geſtoꝝ aut lectionū memo-
ria . nec ulla artium aut induſtrie ꝓuidentia .
vtpote que prandio accumbentē . ſolis occi-
dentis videt occaſus . & cena ꝑnoctantē . inſpe
ratus occupat dies . & dū iugi amēcia die no-
ctuqꝫ diſcumbēdo dormitat . aut bibit . in hac
vita adhuc poſitus quotidie ſepelit̄ . Sed qd
dicam vel quid taceam: huius igit̄ ebrietatis
ſi quippiā in feminis ceciderit que virilē ſex
um ſuperius tantis criminū molibus onera-
uit. Nihil tacendum eſt . ymo laborandū eſt .
vt & que tales ſunt femine . hec diuīa ammo
nitio corrigat . & ſobrias metu correptionis
ab ebrietate cōpeſcat . Sed qm̄ ī āmonendis
viris . ac ſacerdotibus & leuitis vł miniſtris
hꝰ libelli opuſculū inchoauimus . merito ɔue
nientqꝫ ī feīnilē ſexū āmonēdū a dnicis ſac̄ſqꝫ
v̄ginibꝰ ſūmamꝰ exordiū q̊ genralit̄ oībꝰ dig
nitas vel ſexus . ab hac āmonicōe ī excuſabilis

habeatur. Dominica virgo debet agnoſcere quibus & preceptis conueniat inſiſtere. vel a quantis viciis debeat abſtinere. ſi vult & ī ſeculo poſita cum deo. & cum eodē poſt huiꝰ vite reſolutionem. in claritate celeſti regnare. Dominica virgo primitus publicos debꝫ vitare conſpectus. & platearum frequentiā declinare. atqꝫ ī domo poſita. lanificio inſiſtere vel lectioni diuine. Dominica virgo in feminarum laicarum conuentu conſedens vel conſiſtēs. ne verbis ſcurrilibus. neqꝫ lubricis earum aut canticis. preſentie tue quippiam facias. ſed magis fugias. oculos tuos aureſqꝫ concludas. Ne dei timore deprauata. diabolicas cogitationes ſenſui immittas. quibꝰ in breui forte diſpereas. Dnīca virgo nec ornatu capitis. nec habitu come. nec oculis rectis aut letis ſed accliuibꝰ ad t̄rā cū vultu ꝓcedat ne in ſeruiles inducat amores. & ſi ip̄a nō pereat. aliis cauſa perditionis exiſtat. Oculorū enim cupiditas. quos anime interitus faciat. euangelica vox nobis ſemp ꝓnunciat. Dnīca virgo ab oī inverecundo ſmōe vel riſu debꝫ ſe penitꝰ abſtinē & cū ſilētio et diſciplīa oēꝫ

vitam ſuā ornare. Dominica virgo que vultū
ſuum obſplendorem genarum aliquo fuco in
fecerit. In iſaia propheta de filiabus ſyon ꝓ-
miſſā ſententiā permanebit. Dominica v̓go
vt de viduis apoſtolus docet· & ſermone gar
rula· aut loquacitate verboſa· vel curioſitate
ſuperflua· caſta non poteſt iudicari· ymo pro
ſtituta· & ad luxuriam magis accendi. Dnīca
virgo· nulli te virorum cuiuslibet etatis· ſine
grauiſſimarum mulierꝝ preſentia· ſingulari
habitaculo vel colloquio credas · & cū ſola in
tabernaculo conſiſtis· clauſis ſuper te ianuis
ſedeas· nulliqꝫ viroꝝ pulſanti facile ianuā tuā
pandas· ne forte ī ſuſpicōꝫ t̄piſſimā· aut ī pu-
doris tui naufragium· cadas. Dmīca v̓go· ī lo
cis quibus viri cubitant· nō debet accedeꝛ· ne
ipſa ſe velut ſcortū credat̄ ſuis corruptoribꝰ
ꝓbuiſſe. Dnīca virgo· male docenti miſerabi
liſqꝫ vite femīe· vt aliquādo ſiniſtra opiniōe
vexate cōſortiū colloquiumqꝫ declina· quoniā
corrumpi mores bonos· colloquiis malis pau-
lus apoſtolus docet. Dominica virgo ob exti-
guendas libidines vel omnis laſciuie flāmas
ieiuniis & abſtinentie debet operam dare .

orationibus die noctuq̄ inſiſtere· ſi cupit &
laqueos diaboli inſidiantis euadē· & ad pro
miſſa virginitatis premia peruenire. Dnica
virgo·omnem fratrem quē vitandū mala fa=
ma cōmendat·nimis fuge·& quātū potes ab
eo·vel ab eꝰ conuiuiis·tuos acceſſus declina·
nonne ſcias ex conuiuali colloquio molleſcē
libidinis vicia:& exinde ad fornicationis ve
nire peccata. Dominica virgo vt cito cōcludā
ab oībus illecebris gule abſtinens eſſe debꝫ·
& paruo victui vel potui debet eē contenta·
& honeſta tacitnitate ſp ornata Dnicā v͛ginē
dei beneficium ē iraſci neſcire ·noſſe magis
iracundiā cohibere·cunctis benignā exiſtere·
oculis non annuere·dolo et malicia linguā nō
fabricare·aliene domꝰ ſecreta auſcultare: nec
prodē auariciā cupiditatē q̄ fugere·ſibi depo
ſita non negare·in vſuris peccuniam non ha
bere·ſorori culpam ex corde dimittere·ſcan=
dala nulli apponere·tribulantibus conſolatio
nē p̄bē Infirmātibꝰministrare·detrahēti altī
nō oſentire· & a detrahēte ſe penitꝰ abſtinē
Dn̄ica virgo·in ecc̄ia cū ſilentio ſtaē debꝫ·et
nihil legis docē·aplꝫ audi loquentē·mulieres

ait in eccleſiis taceant· turpe eſt mulieribus
loqui in eccleſiis·Item ait·mulieres ī ſilentio
diſcant. Item·mulieribus docē nō permittit.
Si g° mulieribꝰ turpe ē docere·aut ī eccleſia
loqui·qn̄to magis virginibꝰ·q̄s caſtitatis deo
ꝓmiſſe·cura ꝓfeſſioq3 ↄſtringit·vt eas magis
alie ī bonis operibꝰ imitent̄. Domica v̓go·ne
qd p̄ue aut ſcurrile·vl̓ ſimulate loq̄t·et oē mē
dacium ex ore ſuo penitus eradicet· loquen=
tes enim mendacium dominus perdet ·ut in
quinto pſalmo dauid·& eius filiꝰ in libro ſa=
pientie docet·Dominica virgo ·quantum·fi=
dem deb3 ī oībus exhibere· tantum caueat iu
rare de his que egerit·propter veritatem cō
firmandam·iuramenta perſoluere·Ne ī toto
aut omnino iuretur · dominum agnoſcat in
euangeliis premonentem. Dn̄ica virgo furta
fraudesq3 facē·aut falſa teſtiōnia dicē· aut ea
facientibꝰ ↄſentire caueat· quia ea ↄmittētes
beatꝰ paulus obiurgat. Dn̄ica virgo ↄtra oēs
ſonos muſica arte ꝓlatos ↄtra cuncta cantica
ſcl̓aria·ↄtra oīa q̄ dulcit̄ delectant̄ audiri:au=
res·ex corde tuo exclude·ne diabolicū melos
xp̄i de corde tuo abſcidat amorē. Dn̄ica v̓go

motibus flexibusq̧ ſaltãtium· cimbaliſtriaꝝ vel timpaniſtriaꝝ·oīmq̧ virilium ludicroꝝ· quantũ potes vultũ tuum auerte·ne cuiuſlibꝫ eoꝝ repentino amoris telo percuſſa · grauit' incipias interire. Dominica virgo·non tantũ ſupbiã ne litiget·caueat·ſed etiã a ſupbiẽtibꝰ ac litigantibus·quantũ poteſt ꝓcul abſcedat· ſuperbis enim deus reſiſtit·humilibꝰ autem dat gratiam. Salomon in prouerbiis clamat Dominica virgo·nec ſermonis iactantia. nec diuiciis·nec generis nobilitate· ſe debet extollere·ſed in humilitate et paupertate ſpũs· criſto accepta debet qm̃diu vixerit ꝑmanere In iudicio enim dei nõ natales· ſed actus ꝓprii penſabunt·ex quibꝰ ſinguli mercedẽ ſic̃ geſſerunt nõ ſicut nati ſunt·reportabũt. Dominica virgo·vigilias funebres·vel ceteras que in priuatis domibꝰ eueniunt debet effugere·vbi precipue ſine diſcretione ſexus conmixti cõueniunt. Dominica virgo·que ſm̃ ꝓprias vires nulli porrigit·non poteſt dei ancilla dici vl' credi·ſed vt breuiter dicã. Dominica virgo que pudoris ſui domino ꝓmiſſi cuſtodiã gerit·nitatur· nec inceſſu notabili·nec

nutu aut dcto molli· nec ocioſitate vbi· nec cor
pore· nec mēte· dēt oio peccare· et quō q̄ i am
monēdis v̓ginib⁹ ſacris dicta ſūt· credimus
poſſe ſufficere· ex quib⁹ p̄ceptis etiā dei fuis·
vl' laicis cūctis ōueniat obſeruare. Iā debem⁹
ad vinolēcie c̄mīa enumerāda venire· et docē
ebrietatē cūcta vicia ſupare ·Ip̄is p̄mo virgi-
nib⁹ ebrietas· caſtitate etiā ꝓmiſſa· cōplē nō
pmittit· qa ſcte pollicitacōi· in vtroq̨ ſexu ini
mica ſēper exiſtit· & ideo ebrietas pudori co
mes eſſe non pot· quia nec caſtitas fuit aliqn̄
ſocia temulencie. Sobrietas in feminis ad t̄-
rā deponit aſpectū. Ebrietas aūt amiſſo pudo
re· inuerecundos erigit vult⁹ Sobrietas aūt
cū ſūma trepitacōe irrephenſibile· & cū ſilē
cio ꝓximū emittit verbū. Ebrietas v̓ inpudo
ratū fac̄ femīe & ſmonē & vultū· elicit nāq̨
et extorquet ebrietas· īfandā et īuerecūdā de
oīb⁹ ſe habentib⁹ vocē· & cui ſubripuerit p
auiditatē nimietas vini· nll'm pot̄ habē tacē
di pudorē· ex q̄ magis temulēcia cōſeqt̄ mem
broꝝ īfirmitas· Et ita fit· vt ſicuti nauis q̄ va-
lidiſſimis maris fluctib⁹ ſcop'lo illiſa ōminuit̄
ita feie corpus ac mēs: grādi vini ꝓcella illiſa

membris omnibus diſſoluatur. Nam que na turalitr firma figere non pot̄ gradiendo ve= ſtigia: queadmodū incedere valebit· cū vini fuerit ingenti procella percuſſa? laſſabunda greſſu ac imminens ſemp̄· cum tortis oculis reſupina aut inclita ceruice famula regente pediſſeq̄· de temulentie ſue culpa. Ibi ſanitas et cura domus nulla· vel familie gubernatio· lingua balbuciens ſermonis officio p̄uat̄· aut in vocem prorump̄e volens· nō tantū non in= telligit̄· ſed etiam ab audientib9 deridet̄. Eſt enim mente aliena & ſui omnino neſcia· cui cultus capitis vergit in partē· & ſeminudū monſtrat videntibus crinem & omni ex p̄te dimiſſ9· a cōſpicientib9 erubeſcit̄· et q̄d domi agat̄ ignorat· p̄clitat̄ ī tali ſine dubio pudor & omne ſecretū quod ſobrietas ī feminis cu ſtodit· temulencia publicat̄. Que cū vini fue= rit vertigine capta lectoq̧ p̄ſtrata· circūcur= ſare ſibi cunctos cōſpicit parietes· culminaq̧ domos ī imo· & ima in altū putat eſſe porre= cta· & velut ſepulta ſōno recipit̄· lectiſternia vero que ab infancia otumeliis deformant̄· a cūctis feminis vl̄ ancill̄· non iam ocultis ſed

videntibus cachinnis ·talis dñe temulentia deridetur· ſic itaq; tranſeunte tempore· & ebrietatis vicio permanente· de eius corde omnis euolat timor· nec correctionem· nec terrorẽ·ſepe obiurgantis viri cogitat aut vigorem. Item quotidie neglecta domꝰ· illapſum tempus ornatꝰ quotidianꝰ ĩ tantum deſtituitur·vt ſemper ſibi maritus eius mortẽ exoptet·cuius labor gubernatioq; ſubtali domina quottidie minuit̃· & in lapſum venit. Non eſt cum qua quippiam de cura domus conferatur·vt in meliꝰ aliquid diſponat̃·quia ſpeciem vxoris & nomen tantũ non mores oſtendit·nihil ea diſponente·maritalis quotidie cura·non ſine triſticia fatigat̃ ·quia velut iuncti vehiculo boues·ſi vnus conari ſub onere ceſſet·alteꝝ conatu diſrũpet. Violẽtia iugiter dñe·ſubtractis locoꝝ clauibꝰ· oĩa tẽptant̃ · celarioꝝq; plenitudo·furtis quotidie ſeruilibꝰ inanit̃·indiſciplinateq; familie clamoribꝰ·oĩs domꝰ pſtrepit·lanificii v̉·aut negligens·aut nulla· aut abhoĩnabilis efficit̃ cura·tali enĩ domĩe·ãcilla magis clarior·atq; amabilior erit q̃ capaciꝰ poculũ porrexit nõ q̃

penſum integrum ante veſperū aſſignauerit
Coccinos eni aut varios pruſinos q̄ colores·i
vino· non intunicis delectat· & non veſtiū
faciendarum·ſed vini querit illa menſuram
non tuende caſtitatis telis ad texendū ocu=
los erigit·qui viſum tele·olim de domo per
ebrietatem āmiſit· quas telas ancillis ocian=
tibus ſubtraxit· & texendas araneis dedit ·
hec cum cibos capit vix comedendo ſemūtiā
panis attingit·& pocula deuicens abſorbit·
&propterea pulmentorū ſibi cathaplaſmata
querit . Hec qm̄ diu vigilauerit·bibet· aut ſi
dormierit· ſitis ſomnum ei abrumpit . Sed
adhuc quid immoror·ſi ebrietatis uolo cūcta
vicia narrare·ante a me tempus deficit·cum
potiora in eccleſiaſtico ſalomonis · ſpiritus
ſanctus clamet·dicens·mulier ebria·ira ma=
gna ē·&cōtumelia·&tpitudo eius nō teget·
&de vtroq̄ ſexu mltos ait extminat vinū·et
iterū prudētiā abſorbet ebrietas. Et iterū vi
nū mltū potatū irritatiōes·& iras·& ruinas
mltas facit Et itm·amaritudo aīe vinū mltū
potatū·q̄re ut finē ibri faciā·ſūmatiz cūcta p
ſtringā. Per hec eni vinū caſtitati ſbreptū ē

&plurime a corruptoribꝰ turbe decepte ſűt multe virgines etiam impellente vino thori genitalis oblite· pudiciciã ſuã adulteris dederunt· & mechis de morte pacte ſunt maritoꝝ· qm̃plures impellente vino precipites indecentis ſe conuentibꝰ polluerűt· & de genitoribꝰ aut genitricibꝰ· de filiis aut filiabꝰ de fratribꝰ aut ſororibꝰ· de generis aut nuribus· nefando vt dictű eſt concubitu ſibi filios genuerunt. Per vinolentiã enĩ plurimi plurimeq́ʒ a ſancto pioq́ʒ ꝓpoſito exciderunt & ſui obliti· ãmiſſis honoribꝰ ignobiles remanſerunt· & ſedibꝰ patriis profugi· vitam non vbi ſumpſerunt finierunt Per hoc enim vinű· fortes ab infirmis eliſi ſunt· & in morte qm̃plures ictu muliebri proſtrati· & invicti exercitus· vino dominante extincti ſűt· & ſeruitutis iugo ſubiecti· innumerabiles iugű dominacoĩs diu recuſantes· vinolentia in alienű redegit arbitriű· aſſuetudie vini qm̃plures in inſaniã conuerſi ſunt· & mẽtis durãte inſania ab huãna ſűt ↄuſacoẽ ſeiűcti· & ferina morte ↄſűpti Quã pl'es· vini immoderatꝰ exceſſꝰ ex diuitibꝰ pauperes reddit· &

egenos. Infiniti numero· vino impellente· iniuſta impiaq; homicidia commiſerunt· quam plurime vrbes· diu obſeſſe nec capte· cuſtodibus vino ſomnoq; ſepultis· ab hoſtibus patefacte ſunt· & incendiis concremate· & alia multa nefanda & immunera· quibꝰ pebrietatis vicia mundꝰ ipe tunc frequent' · vexatꝰ ſit. Quaꝝ reꝝ ſi de dominicis vel ſecularibꝰ libris· vellē ad ſingula exempla perſonasq; p quas res geſte ſunt pferre· enormitas libri· legentibꝰ faſtidiū attuliſſet. Nos tamē in hᵒ opere· propterea ſacerdotibꝰ & leuitis vituperationē ſimul & admonitionis initiū facimus· ne ab hac inuentione· qua cunctos huic vicio deditos· de dominica correptione cōtūdimus· immunes facē forte clericos· aut dei miniſtros facē viderimꝰ· qbꝰ magis cōueīt· vt q populū a diūſis culpis abſtinē docēt· nei aliquod viciū aut culpā cadāt· cūcta obſuatiōe pcurēt· & eos iuſta incpacōe apl's obiurgat dicēs Eſtias at̄ hᵒ hō q iudicas eos q tl'ia agt & facis ea· qm̄ tu effugies iudiciū dei? Itq aliū doces teip̄ʒ nō doces q abhoīaris idola ſac͛legiū facis & cete͛a qbꝰ arguēt eos q a viciis

quibus prohibent·ipſi ſe non abſtinent·& i
quo alios iudicant·ſeipſos condemnant Qua
re omnibus clericis &in diuerſis huius m̄di
dignitatibus cōſtitutis·hunc libellū frequē-
tius lectitandum ſuademus·vt cum moribꝰ
bonis & ſobrietate deo gratus quis profece
rit·de correptione noſtra in domino deo le-
tus ſemꝑ exultet·agens deo gratias per do-
minum noſtrum hieſum criſtum·cui eſt ho-
nor & gloria in ſecula ſeculorum Amen

¶ Explicit liber Sancti Auguſtini ad virgines

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF

Incipit auguſtinꝰ de q̄tuor v̄tutibꝰ caritatis

DEſideriū caritatis veſtre·a nobis exigit debitum ſermonis officiū·ſed tanta ſūt que terreant & reuocent animū noſtꝝ·vt ſi velimus parere deſiderio veſtro·nō ſit ſine p̄iculo noſtro. Primū ꝙ iuuenis loqui cogor preſentibꝰ ſenibus. Deinde temerariū eē arbitror· loqui velle imperitia· inter eos quos roborauit antiqua doctrina. Optabā ergo ſilentio p̄terire·& illū locū tutiſſimū eligere· audire potiꝰ q̄m aliquid dicē. Sed quid facio? Inſtat veſter amor·reuocat noſter pudor·cogit ſanctoꝝ patꝝ iuſſio·a quibus ſi veli obſecrans veniā petere dicēs·ignoſcite patres ignoſcite· parete noſtre verecundie· maxime cū recolā vobis fuiſſe p̄ceptū·loquimini ſeniores·decet enī vos. Ipſi ſancta caritate q̄ preualent· reſpondebūt mihi. Loquere iuuenis delectat enim nos. Quibꝰ ſi repetam·ſancti patres·quid loquar? rurſum michi reſpōdebunt. Quod a nobis ſepe audiſti. Memento fili qa ab infantia ſacras literas didiciſti·ſed nec vob excuſatꝰ eē poto q̄ꝝ corda·ita me ſua

voce pulſabunt Quid metuis ꝓferre verbū?
ſi etas reuocat· paulus thimotheo iuueni ꝑci-
piebat dicens· nemo adoleſcentiā tuā contē-
nat· predica verbum· ſi ſermo deeſt· pete &
accipies Nō enim vos eſtis qui loquimi· ſed
quod donat vobis· hoc miniſtrat nobis· his
coartatus anguſtiis· quo me conferā· niſi ad
ſancta veſtigia caritatis? eamq; deprecor vt
donet mihi aliquid dignum de ſe dicere quo
& meum ſupleā miniſterium· & veſtrum ſa
ciet deſiderium. Inter ceteras virtutes eius
quas commemorat apoſtolus paulus· ꝙ cari
tas non emulat· nō agit perperā · non irritat
non cogitat malum· & cetera. In vltimo· qua
tuor eius virtutes breuit' ꝯprehendit dicēs.
Omnia tollerat· omnia credit· omnia ſperat·
omīa ſuſtinet· caritas nunquā excidet. Ex his
igitur quatuor virtutibus ſancte caritatis lo-
qui conuenit ſanctitati veſtre· delectatq; pri
mitꝰ ītueri queādmodū velut q̄tuor cardines
orbꝭ ꝯtinēs· totū poſſederit m̄dū Reqram9 g°
ſi placȝ· aliq̄ꝝ exēpla ſctoꝝ· eoꝝ ſcȝ q his v'tu-
tibꝰ ſcte caritatis poſſeſſi ſūt· & eis ſingul'ita
ſingula t'buamꝰ· vt oēs in oībus eē noſcamꝰ

quoniam omnis qui pie tollerat·recte credit
& omnis qui recte credit· aliquid ſperat·&
qui ſperat·ſuſtinet·ne a ſpe cadat. Sed iam
qui nam iſti ſunt·videam9·quoꝝ fidē inq̄n=
tum deſuꝑ adiuuamur·aſſequi valeam9· vt9
caritatis que omnia tollerat·eminuit in ſan=
cto noe. Que omnia credit in ſancto abrahā
Que oīa ſperat·in patribus noſtris·id eſt in
populo iſrahel·vnde ip̄e noſter exort9 ē do=
min9. Que oīa ſuſtinet·in ip̄o capite noſtro
dn̄o hieſu xp̄o·qui eſt vera caritas·que nūquā
cadit. Nec ceteros ſanctos ab his virtutib9·
veſtra caritas deputet alienos·quos ꝑ breui
tate temporis & ꝑ ſmōe ſuſcepto·ita p̄ter=
miſſos eſſe ɔgnoſcite·vt tn̄ certiſſime noue=
ritis omēs eē in xp̄o·& in oīb9 criſtum. Sed
iā videam9 quēadmodū ſanctus noe poſſidē
vel poſſeſſus ſit virtute caritatis·que oīa tol
lerat·predixit ei deus·ꝙ iniquitate hoīm cre
ſcente diluuio perderet mundū. Statim ille
ammonit9 cōfugit ad lignū·& poſt campoꝝ
amenoꝝ faciē·anguſt9 ſe recludit arche· tol
lerat celi fremitū·ſonitū aqꝝ fragorē niboꝝ
& p̄t iſta oīa q ſolet gaudē ɔſortio hoīm ſoci9

q̄mō efficit ſpētū ac ferarꝫ. Nec expaueſcit vir iſte· ꝙ cū eo fere archa· ymo ibi agnoſcit ordinē ſuum feritas· quia ſe cognouit huāni tas. Et iubenti homini obediunt· quia hoīeꝫ ſuperiori dn̄o obediſſe cognoſcunt. Oſtenſū eſt in noe· quid adā p̄ceptū contemnendo p= diderit· & demonſtratū ē poſſe hoīes beſtiis dominari· ſi ſubdant obedientiā cōditori Ex= pectat & tollerat ſanctꝰ iſte· finē diluuii· nec antequā finiat̄ cauſa ferarꝫ· archa relinquitur Tollerat bonꝰ mala· & donec in fine etiam corpore ſeparent̄· intꝰ manens· corde nō cor pore ſeparat̄ Si qua es aīa· que cupis poſſidē virtutē caritatis q̄ oīa tollerat· relique m̄dū· cōfuge ad crucis lignū· nō metuas ꝓcellas· & turbines huiꝰ diluuii· non mergeris· ſi ligno portaberis· nouit gubernare· qui dignatꝰ eſt creare· tantum aſſit virtus caritatis· que oīa tollerat· nulla res te ab arche ſoliditate eual lat· permane bonus · & tollera malos . Me= lius enim eſt· vt intus poſitus· propter bo= nos tolleres malos · qm̄ foras exiens · & periens · & bonos relinquas & malos. Si ergo ſunt tecum fere · id eſt ſi ſunt tecum

in eccleſia praua docentes·falſa ſentientes·
heretici·vł ſciſmatici·aut etiā ipi mali catho
lici·more feraꝝ animas deuorare querentiū·
tollerent vſqꝫ ad finem ſeculi· tanquā finem
diluuii·rugiant licet fremant dentibus· atqꝫ
ipſam archā confringere conent·non expaue
ſcas·finito diluuio·illos rapiet ianis·ac ſpino
ſa ſilua·te fertilis ſuſcipit terra .Poſt finem
ſeculi impii rapient ad tenebras exteriores·
vbi eſt fletus & ſtridor dentiū·pios·ſuſcipit
terra viuentiū. Nam & ipſe ſanctꝰ noe·poſt
finem diluuii obtulit ſacrificium deo·ſed de
animalibus mundis·non de inmundis· ſimul
enim et munda etiam inmunda animalia· in
archa natare potuerunt· ſed mala ad ſacͣficiū
dei non peruenerunt Sed iam hinc aliquādo
tranſeamꝰ·vt cetera pſcrutari valeamꝰ·ꝓce
dat ī medio ſcts ille abrahā· & ſuo nos doce
at exemplo · poſſidere virtutē caritatis· que
omnia credit· quia non eſt cunctatus ad vnā
vocationem relinquere patriam·ſedem· do=
mum·familiam· omnia relinquuntur· vt do=
mino precipienti pareatur. Exi inquit ei deꝰ
de ꝯgnatiōe tua·& de domo tua·& veni ī trā

quancunq; tibi oſtendero . Nec apud ſe iſte
ſanctꝰ cogitauit·aut dixit·quo eam cui me cõ
mittam in quam terrã vadã. Sed ſtati audit·
ſurgit·currit·veſtinat·accellerat·terrã ꝓmiſ
ſam non videt·ſed credẽdo eã firmit̃ retinet
ambulat recto itinere·nec ob errantibꝰ veſti
giis alibi qm̃ debuit declinauit·quia qui eum
ad ignotã terrã mittebat· ipe qui mittebat·
nõ dimittebat·nec eum ipe fefellit. Reddit̃
merces credenti ad terrã ꝑuenit·dilatat̃·mł
tiplicat̃·ex paupere efficit̃ diues· ex ignobili
potens·ditat̃ oĩbꝰ bonis·Et ĩ illo implet̃ quod
dominꝰ in euangelio ſuis diſcipulis ꝓmiſit
dicens. Si quis dimiſerit domũ·aut agꝝ· aut
parentes cauſa nominis mei·in hac vita cen
tuplũ accipiet·Et ĩ futuro ſeculo vitã ꝯſequit̃
eternã. Cumulat̃ adhuc huiꝰ fidei merceſ·Et
ſeni ꝓmittit̃ filiꝰ· adeſt virtꝰ caritatiſ· que
oĩa credit·audit·exultat·ampliꝰ diligit·ſuſci
pit filium ex coniuge ſterili· qm̃ ſpe pariẽdi
deſtitutã·ſterilitas etasq; iam fecerat·atq; in
illo benedictionẽ oĩm gentiũ ꝓmiſſã firmiſſi
me tenet. Sȝ adhuc eũ caritas ꝓbat· ꝓbatumq;

conmendat·& quemadmodum nihil deo p̄fe
rat·poſteris monſtrat Vocat eum dominus
de celo dicens Abraham abraham·& ille tā
quam ſeruus obediēs. Ecce aſſum ait. Et do=
min9·accipe filium tuum illum quem diligis
yſaac·& vade in terrā excelſā·& offeres eū
holocauſtū in vnum montiū quem tibi dixeo
Nec hac quidem iuſſione turbat aut frangit
ſeruus fidelis·adeſt enim ei virtus caritatis·
que omnia credit·ſurgit·domum pergit·aſi=
num ſternit·lignum concidit·gladium & ig
nem ſumit·puerum ſimul adducit·& pergit
ad locum. Tunc intent9 fact9 iſaac·patrē int
rogat·dicēs· pater·ait & ille. Quid eſt fili?
Et filius·ecce ait ignis & ligna·vbi eſt ouis·
quam ymolaturus es ad holocauſtum? Et pat
reſpondit·deus prouidebit ſibi ouem ad ſac
ficium fili. Magnum hic & grande video ſa
cramētū. Illud abrahā corde geſtabat·aliud
filio ꝑmittebat·ſed neq̧ que ꝑmittebat filiū
fallebant·neq̧ aliqua infirmitas cor eius a ꝓ
poſito ĩmutauerat Quid pluribus? p viā videt
locū de longe·& ſtatuēs pueros ſuos·ibi·eis
tria vba ꝓfert·dicēs Sedete hic cū aſina·e° aūt

& puer ibimus vſqꝫ. & cum adorauerimus.
reuertemur ad vos. O ſancte abraham. quid
eſt quod dicis? cũ aliud tibi de puero ſit agẽ-
dum? Nunquid aut te. aut tuos fallis? Non
inquit. ſed quod ꝓphetice. vel dico vel gero
virtus caritatis in me manẽs. que omnia cre
dit. & facit. & dicit. Audio enĩ eam ſtrepitu
vocis. intus ad cor loquentẽ. & dicentẽ mihi.
tu quidẽ licet reſurrectuꝝ credens. pleno &
perfecto voto pueꝝ ducas ymolandũ. filius
tuus in iſto ſacrificio non cremat᷑. quia reſur
rectio dei filio ſeruat᷑. Merito huiꝰ viri fidẽ
cõmemorans. iacobꝰ apl'ꝰ ait. Credidit abra
hã deo. & deputatũ eſt illi ad iuſticiã. & ami
cꝰ dei appellatꝰ eſt. Amicos vt nouimꝰ. con
iunctio animoꝝ facit. vnde quidam ſapiens
huiꝰ mundi ait. idẽ velle. atqꝫ idẽ nolle. ea de
mũ firma amicicia eſt. Ergo amicos vt noui-
mus. ꝯiunctio animoꝝ facit. quẽadmodũ iſte
ſanctꝰ animum coniunxerit deo. vt eius ami
cuſ appellaretur. Vultis noſſe? ſicut enim
deus pater vnico filio non pepercit. ſed pro
nobiſ omnibuſ tradidit illum. ita & iſte vni
co filio non pepercit. Sed iubente. vt

ymolaretur ei·qui dederat eum· deuoto cor=
de obtulit eum·ſed que ſecunt̃ videamꝰ. De=
lectat enĩ nos adiuuãte domino deo noſtro:
huius hiſtorie plenam reddẽ notionẽ Poſtq̃
relictis pueris· ad locũ ſacrificii pater cũ fi=
lio venit·aram conſtruit·ligna cõponit·ma=
nus filio ligat·ĩponit eũ in aram ſupra ligna
deponit humana paterne pietatis indicia·ĩ=
duit ſacerdotis diram conſtantiã·educit gla
dium ut perimat filiũ Quid videtis fratres?
Nihil hic ſentimꝰ humanum·quia totũ cog=
noſcimꝰ diuinum. Sed & ille filiꝰ qui paulo
ante ouem requirebat· ſubingẽti ſilentio ta
lia fieri in ſe ſentiebat·& ita patiens inueni
tur tanq̃ iam ille eẽt· qui ſicut ouis ad ymo=
landũ ductus eſt·& tanquam agnus corã tõ=
dente ſe ſine voce·ſic nõ aperuit os ſuum·O
& tu ſancte yſaac indica nobis ſilentii huius
tam grande ſecretũ·paulo ante nihil inte fie
ri ſentiebas·& a patre arietẽ requirebas·nc̃
autem manibꝰ ligatis·in ara imponeris·lig=
no quodammodo ſuſpenderis·& modo ta=
ces? Taceo inquit·dic quare? obſecro noueri=
mus? vultiſ noſce ait·quare modo taceo:quia

figuram illiuſ geſto·qui voluntate ponit ani
mam ſuam·non neceſſitate. In hoc tam gran
di miſtico fidei ſacramento·& abrahã ſãct9
apparuit ꝓbatus:& filius in preſenti ẽ libe-
ratus:in quo xp̃s eſt prenunciatus. Si qua es
anima que cupis ſequi veſtigia fidei patris
noſtri abrahã·exi de tra tua·& de cognacõe
tua·relinque populũ tuũ·& domũ patris tui
id eſt fideliter renuncia diabulo·pompis &
angelis eius·& ſequere viã rectã·que te per
ducat ad terrã in qua diteſcas·&emineas·&
efficiaris ſocius abrahã. Sed cũ iſta oĩa fece
ris·ſi virtus caritatis que oĩa credit eſt ĩ te·
adhuc temptabit te·& probatũ coronabit te
expedit a te ſacrificiũ dilecti tui. Quid a te
expedit?quod abrahã illi dictũ eſt. Da michi
vnicum filium tuum dilectum·tibi dicit ſapi
entia. Da mihi fili cor tuum· ipſe eſt dilect9
vnicus . Quid metuis offerre cor tuum ? of-
fer ſacrificium·contritionem cordis domino
deo tuo · & dic cum propheta · holocauſtis
non delectaberis . Sacrificium deo ſpiritus
contribulatus · cor contritum & humilia-
tum deus non deſpiciet ¶ Nichil metuas

tali ſacrificio oblato· & tibi acceptum erit·
& quod obtuleris integꝝ permanebit. Aliã
virtutẽ caritatis·que oīa ſperat·placet inſpi=
cere. Hanc ſuperiꝰ plebi iſrahel·& patribꝰ
noſtris aſſignaſſe ꝯgnoſcimꝰ. Eius nanqꝫ vir
tutis vox eſt·in verſu illo ꝓphetico. In te ſpe
rauerunt patres noſtri·ſperauerũt & libera
ſti eos·& ip̄i ex egipto fugere iubent̃·terra
eis mel & lac fluens ꝓmittit̃· ꝑ mare rubrũ
trãſeũt·ad heremũ veniũt·ducebat eos ſpes
caritatis·vt diſcerẽt deũ amare gratis. Red
ditur & his merces fidei·non enī poteſt nõ
reddere·qui ſe dignat̃ facere debitorẽ. Poſt
heremũ· mella de petra fluxerunt· panẽ celi
manducauerũt· non ſunt priuati a deſiderio
ſuo. Quod ſperauerunt·terrã etiã ꝓmiſſiōis
acceperũt. Exurgat anima·que huiꝰ caritatis
virtute comprehenſa eſt·effugiat ex egipto
ideſt huius ſeculi deſiderio·pergat ad mare
rubrum· ſcilicet criſti baptiſmum·ideo ma=
re rubrũ·quia xp̄i ſanguine rubricatũ vł pur
puratũ·pſequant̃ hoſtes· peccata cũ ſuo dia=
bolo auctore· tãq̃ egipcii cũ ſuo rege pharao
ne ſeuiãt·ſequãt̃ fugiẽtes. Quid metuis? vſqꝫ

ad aquam ſeuiũt· ingredieris tu· ingrediunt̃
& illi poſt te ·ſed aqua conuerſa· illis erit in
perniciẽ· tibi proficit ad ſalutẽ· illos obruet·
illos damnabit· te liberabit Poſt hec ſuſcipi
es mel de petra ·quo ſitim tuã ſacies · petra
enim erat criſtus· ex cuiꝰ precptis· tanquã ex
fontibꝰ dulcedinis ſacieris· guſtabis & panẽ
illum ſcꝫ qui dixit Ego ſũ panis viuus qui de
celo deſcendi Guſtabis & videbis qm̃ ſuauis
eſt dominꝰ· & ſi in te eminet virtꝰ caritatis
que omnia ſperat · per heremũ te neceſſe ẽ
tranſire· id eſt vtaris hoc mundo tanqm̃ nõ
vtens· & in hac via ꝑegrinũ te noueris eſſe·
ſi terrã promiſſionis cupis intrare . Hec t̃ra
eſt de qua ꝓpheta cantat & dicit. Credo vi=
dere bona domini ĩ terra viuẽtiũ. Vltima
virtꝰ caritatis reſtat· que oĩa ſuſtinet· & nũq̃
cadit Hanc ip̄i capiti noſtro dño hieſu xp̄o ꝯ=
uenire nouimꝰ. Ideo ĩ vltimo· qm̃ finis legis
xp̄us. Quanta aũt ip̄e ꝓ nobis ſuſtinuerit· pu
to caritatẽ veſtram ignorare nõ poſſe· tamẽ
exinde aliquid dicam. Si tamen de tanto ali=
quid digne dicam · prius illud quod homo ·
quod verbum caro factum eſt · quod multa

bona fecit·& mala perpeſſus eſt·q̄ mortuos
ſuſcitauit·& mortuus eſt· q̄ ſingularis illa
patiētia ptulit diabolū tēptatorē·diſcipulum
traditorē·q̄ ipm iudā priuſq̄m oſtēderet tra
ditorē·ptulit furē·& ante experimentū vin
culoꝝ crucis ac mortis·labiis eiꝰ doloſis· nō
negauit oſculū pacis. In ipa aūt morte· q̄nta
ſuſtinuerit·ptulit odioꝝ flammas·miniſtros
peſſimi cordis·linguas·clamauerūt iudei·cru
cifige crucifige·& vt rei remanerent iudei·
innocēs ab eis crucifixus ē filius dei·Ad cru
cem ducit·expalmat· qui ē vera palma victo
rie·ſpinis coronat· qui ſpinas peccatoꝝ veīt
confringere·ligatur·qui ſoluit compeditos·
ligno ſuſpendit·qui erigit eliſos·aceto pota
tur·fons vite·diſciplina cedit·ſalus vulnerat
vita morit·occidit ad tempꝰ vita·vt in ppe-
tuo a vita occideret mors· quia hic iudei in
hac morte xp̄i exultauerūt quaſi victores·&
dum terrenum & caducum regnum timue-
runt perdere. Regem celi & terre non du
bitauerunt occidere. Sed nec ſicut putaue-
runt· victores extiterunt· Si enim vice-
runt· regnum quomodo tunc perdiderunt?

quomō nunc vſq̄ ſerui remanſerūt. Iſta nāq̄ cauſa eſt· qua ab eis criſtus occiſus eſt. Dixerunt apud ſe principes iudeoꝝ (vt euangeliſta narrat) Videtis inquiunt quia totꝰ mūdꝰ poſt eum abiit· ſi dimiſerimus eum viuē· venient romani & tollent nobis locū & gentē & criſtū occiderunt· & locū gentēq̄ pdiderunt. Quid vobis profuit· o inſani iudei· q̄ tātum ſcelus admiſiſtis· ideo dominio eiꝰ caruiſſe? dum illi fuiunt reges· quibꝰ vos fuitis· facti eſtis mali fui bonoꝝ ſeruoꝝ xp̄i· p ipos conterit contumaciā veſtrā· p ipos diſſipat cōſilia veſtra· p ipos retribuet ſcelera veſtra. Ipſe aūt dn̄s quem uos interemiſtis· non uos fuos ſed liberos eē cupiebat· quādo dicebat. Si vos filiꝰ liberauerit· tūc vere liberi eritis. Vos aūt deum dn̄m regē· & ipam veram libertatē· non ſolum repudiaſtis· verū etiam necare cupientes· clamaſtis· non habemꝰ regem niſi ſolū ceſarē. Sed ne i hoc quidē gloriemini · q̄ criſtum occidiſtis· actum eſt de vobis potius neſcitis· audite ipm dn̄m dicētē p pphetā. Ego dormiui & ſōnū cepi· ſōnū appellans mortē a vobis illatam. Ceteꝝ qualis

mors poterit eſſe triduana· maxime illius q̄
ꝑ eundem ꝓphetam alio loco dicit.. Nunqd
qui dormit non adiciet vt reſurgat? Ego in=
quit dormiui·ego qui poteſtatē habeo ponē=
di animā meā·ego dormiui non quia fuiſtis·
ego impleui quod volui·vos aūt in ſcelē re=
manſiſtis. Quis exigat tanta de deo noſtro
fratres ꝓ noſtra ſalute ac redēptiōe·niſi ca=
ritas que nunquā cadit? O caritas qa magnas
vires habes·de celo deū d poſuiſti. O cara
ſanctitas O ſancta & vera caritas· que tanta
es in terris·quanta eris ī celis? que tanta po=
tes ī hac pugna mortalitatis adhuc ſollicita
quantū poteris in illa pfecta pace ſecura? eui
gila itaqꝫ oīs aīa xp̄iana·& ſi ī te eminet vtꝰ
caritatis que oīa ſuſtinet·dn̄i tui imitare ve=
ſtigia·xp̄s enī ait apoſtolus petrꝰ ꝓ vob paſ=
ſus eſt relinquēs vobis exēplū·vt ſequamini
veſtigia eius·& ſi ille propter te·de celeſti
ſede ad terrena deſcēdit·tu propter te fuge
terrena·appete celeſtia·ſi dulcis eſt mundꝰ
dulcior eſt criſtus. Si amarus ē mundus·oīa
ꝓ te ſuſtinuit xp̄s·via tibi factus eſt ipe ſal=
uator Surge ambula·habes q̄·noli pigreſcē·

ſed forte queris quo· vides enim viã· & q̃ris quo ducat hec ipa via· ad veritatem & ad vitam Si amas veritatẽ· ſi amas vitã· & cupis ad veritatem & ad vitam venire· a via noli errare. Video inquis viã· & cupio ambulare ſed amara eſt· aſpera eſt· arta enim & anguſta via que ducit ad vitã· xp̃s tranſiuit ſed adhuc aſpera eſt. Caput tranſiuit· & membra dubitant. Sed xp̃s inquis· deꝰ homo· ego autẽ homo· tot milia martirꝝ tranſierũt· & adhuc tibi aſpera eſt· tranſierunt ſenes· tranſierũt iuuenes· tranſierunt pueri· puelle tranſierũt viam quã timebas tritã tibi fecerunt. Ambula ergo viã ſecurus. Ambula· quid enĩ metuis in hac via? mortẽ? & mortẽ times· qui ad vitã curris. Si bonꝰ es· bene in hac vita curris· mors tibi ianua erit· que te repſentet· nõ que auferat uite. Ambula ergo viã· ymmo ipe qui ꝓpter te factꝰ eſt via· ipe te ducat p ſeipm̃ ad ſeipm̃. Ipe eſt enĩ via· veritas· & vita. Dic ergo dño deo tuo· anima fidelꝭ & pia· dic ſecura· dic· & cum ꝓpheta veracit̃ exclama· deduc dñe me & in via tua· & ambulabo in ueritate tua· tunc ad te ſecurus perueniam

ſi in finem vſq; tua gratia non deſerar. Hec fratres dilectiſſimi que dono ipſius caritatis dicta ſunt ſanctitati veſtre. ita hereant cordibus & ſenſibus veſtris. vt eadem ipſa caritas. fructum in vobis inueniat operis. non folia laudis Amen.

Explicit Liber Beati Auguſtini de Quatuor virtutibus caritatis

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF

¶ Incipit liber ſcti Auguſtini de ɔtricōe cordis

NIchil cèrtiꝰ morte· ac incētiꝰ hora mor
tis· Cogitemus ergo qm̄ breuis ſit vita·
noſtra· qm̄ lubrica via· qm̄ mors certa· & ho
ra mortis incerta. Cogitemꝰ quātis amaritu
dibꝰ mixtū ſit· ſi qd dulce aut iocūdū nc̄ huiꝰ
vite occurſu· ſic nobis alludit· qm̄ falax & qm̄
ſuſpectū· & qm̄ inſtabile· & tranſitoriū eſt·
quicquid huiꝰ mundi amor ꝑturbat· quicquid
ſpecies aut temporalis pulchritudo ꝓmittit
Conſideremꝰ que ſit celeſtis patrie ſuauitas
& dulcedo. Inſuꝑ ꝑpendamus & attendamꝰ
vnde cecidimꝰ· & vbi iaceamꝰ· qd ꝑdidimꝰ
& quid inuenimꝰ· ex utroqꝫ intelligamꝰ qn̄tū
nobi i hoc exilio lugendū ſit. Hic eni ſalomō
dixit· qui apponit ſcientiā apponit dolorē· &
quantomagis quis intelligit mala ſua · tanto
ampliꝰ ſuſpirat & gemit. Meditatio ſiqdē
parit conſcientiā· conſcientia compunctionē·
cōpunctio deuotionem· deuotio commendat
orationem Meditatōe aſſidua homo ad cog
nitionē ſui illuminat̄. In cōpunctiōe vero ex
ɔſideacōe maloꝝ ſuoꝝ cor ītc̄ſo dolore tāgit̄

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF

Miſer ego inquantū ego deberem diligē
deum meū qui me fecit cum non eram·
redemit cum perierā·non eram·et de nihilo
fecit me·non arborē·non auē·nec aliquod de
animalibꝰ brutis·ſed hominē me voluit eſſe·
dedit mihi viuē·diſcernere·ſentire·pieram.
Ad mortalem deſcēdit immortalis·ſuſcepit
paſſionē·ſuſcepit mortem·vicit et ſic me re=
ſtaurauit. Sic gratia eiꝰ & miſericordia eiꝰ
ſemꝑ ꝑuenit me · de multis etiā ꝑiculis ſepe
liberauit me liberator meꝰ·qn̄ errabam cor
ripuit me·qn̄ cōtriſtabar·conſolatus eſt me·
qn̄ deſperabā cōfortauit me·qn̄ cecidi erexit
me·qn̄ ad eum veni ſuſcepit me· qn̄ iui duxit
me·qn̄ ſteti tenuit me·hec & mlᵗa alia fecit
mihi deus meus·ꝓ quibus dulce eſt michi ſꝑ
loqui·ſemꝑ cogitare·ſemꝑ gratias agere·vt
ꝓ omībus beneficiis poſſim eum laudare et
amare·ꝓ his enī omnibꝰ quid illi rependam
non habeo:niſi ꝙ ipm diligā·nō enim meliꝰ
nec decentius rependi pn̄t·qm̄ ꝑ dilectiōꝫ·ꝙ̄
ſic data ſunt. Conſidera o homo qd tibi erat
et qd tibi fctm eſt·& penſa qs tibi hec fecit·
quanto amore dignus ſit. Intuere neceſſitatē

tuam·& bonitatē eius·& vide quas gratias
ei reddas & quantum debeas honori eiꝰ. In
tenebris·i lubrico·in deſcēſu ſemꝑ eras· hor
ribile chaos inferni. Immenſū & q̄i plumbi
pondus pendēs in collo tuo: deorſū te trahe
bat·et onus importabile deſuꝑ te premebat
Hoſtes ĩuiſibiles toto conatu te impellebāt·
ſic eras ſine auxilio·venit ſi querēs fruſtrat̄.
Cui aperis ſi pulſanti claudis? qd das nō orāti
ſi neges amorē tuū roganti? a te ſolo habeo
impetrare·adherere volo aīam meā ad te. O
bone dn̄e ſi amorē tuum negabis quis dabit?
fac me participeꝫ amoris tui·languet anima
mea·refocilla eā·dilectio tua impinguet illā·
affectus tuus impleat illam·amor tuꝰ erigat
me totum & poſſideat. Scio me·ſcio & fa=
teor ꝙ non ſum dignus vt me diligas·ſed
certe non es indignus ſeruicio creature tue
Da igitur michi domine·vnde es dignus·et
ego oro·vt fiam dignus·vnde ſum indi=
gnus·fac me quomodo vis a peccato ceſ=
ſare·vt quomodo debeo poſſim tibi ſerui=
re. Concede michi cuſtodire·regere·&
finire vitam meam·vt in pace dormiam·

& requieſcam in te. preſta mihi ĩ fine vt me accipiat ſomnus cũ requie. requies cum ſecuritate. ſecuritas cum eternitate.

O Domine hieſu criſte redẽptor meus uita & ſalus mea. te laudo. tibi gratias ago. tua bonitas domine me creauit. tua miſericordia me a peccato originali mundauit. tua patientia poſt illã emundationẽ. ab aliis peccatoꝝ ſordibus hactenus tollerauit. nutriuit & expotauit. dñe deus meus. te ſitio. te eſurio. te deſidero. ad te ſuſpiro. te concupiſco benigniſſimũ. ſuauiſſimũ. ſereniſſimũ. te volo. te quero. & in te ſpero. renuit cõſolari aĩa mea. niſi de te dulcedo mea. Accede ad me dñe. appare mihi & conſolatꝰ ero. oſtẽde mihi faciem tuã. & ſaluus ero. exhibe mihi preſentiam tuam. & implebit̃ deſideriũ meum. reuela gloriam tuam. & perfectum erit gaudium meum. Sitiuit in te anima mea q̃m̃l̃ tipliciter tibi caro mea. Quando venies cõſolator meus. quem ego expectabo? O ſi ego videbo gaudium. quod deſidero. O ſi ego ſatiabor. dum apparuerit gloria tua quã deſidero. O ſi inebriabor ab vbertate domꝰ tue

ad quã ſuſpiro. O ſi potabis me torrente vo-
luptatis tue· quam ſitio· da mihi domĩe ĩ hoc
exilio panem doloris· & lacrimaꝝ fontẽ quẽ
eſurio ſup̲ omnẽ copiaꝫ deliciaꝝ. Sint michi
interim dñe lacrime mee panes die ac nocte
donec dicat̃ michi ·ecce deus tuus. Paſce me
dñe interim ſingultibus meis ·refocilla me
deus doloribus meis·donec audiã· ecce ſpon-
ſus tuus· deꝰ meus qualem me feciſti· & qua
lem me iteꝝ feci. In peccatis etiam conceptꝰ
& natꝰ· & abluiſti me & ſanctificaſti me· et
ego peioribꝰ ſordidaui me peccatis · ſcilꝫ in
baptiſmo· nũc ſum volũtariis aut volutabris·
inuolutatꝰ. Heu me miſeꝝ· nimis miſerum·
quẽ torquet cõſcientia ſua quã fugere non pt̃·
nimis miſeꝝ quẽ expectat damnacõ ſua· quã
vitaꝛ nõ pt̃· niſi deꝰ eripiat. Nimis ẽ infelix
cui mors et̃na ẽ ſenſibilis. Nimis erũnoſus·
q̃ꝫ terrẽt cõtinui de ſua infelicitate horrores
Nimis erũnoſꝰ· q̃ꝫ multũ torq̃bũt et̃ni ꝓ ſua
iniquitate dolores. Malũ hoc· et malũ hoc· ſꝫ
minꝰ hᵒ· et nimis hᵒ. Peccare o q̃m amara res
ẽ· et mala res ẽ pctm̃· O pcta q̃m faciles adi-
tus hẽtis dũ ſuadetis· & q̃m difficiles exitus

habebitis· dũ ſuadetis inungitis· poſtq̄m p̲ſuaſeritis vſq̄ ad mortem anime pungitis· fetores quos inducitis vſq̄ ad iniquos utres includitis.

INtelligite intelligite· quia amaꝝ et malũ ē relinquẽ deũ· vos qui peccatis· nolite peccaẽ amplꝰ· ſed redite. Nolite inq̄m peccare· q̄a vere malũ & amaꝝ eſt· exp̲tus ſũ in memet ip̄o. Aut enī continui dolores cruciabũt penitentē vitam· aut etiā eterni cruciatꝰ vexabũt puniendā animā meā· malũ & amaꝝ ē vtꝝq̄· libera me dñe abutroq̄. O penitens· ſicut matrem virtutũ· caritatē tuam moneo· caueas ī recordatione maloꝝ tuoꝝ· ne alicuiꝰ diaboli laqueum incurras· quos multi incurrũt· q̄ñdo de malis ſuis pro eis plorantes· ante oculos mentis reducunt· ac p̲ eaſdē recordationes· in ip̄as maloꝝ delectationes incidũt. Sepiꝰ etiā ſine cauſa alicuiꝰ mali· quando cũ aliquo loqui incipio· ſtatī detractionē incurro uel p̲ aliq̄ re īprudentẽ loquẽdo iuro· vł vicio curioſitatis inepte ſuccũbo· vł malaꝝ cogitationũ vł t̄pitudinis motꝰ illicitos & īpudicos ī ip̄is interioribꝰ meis ſuſtineo· heu tāte īfelicitati

& perditioni tante. dum enim que retro ſũt obliuiſci. & ad ea que ante ſunt extendẽ me volo. ſubito neſcio qua me miſeria relabi ad inania cõſpicio. & tanꝗ mors ſubito interue-niens. vel queadmodũ canis rabidꝰ. qui nec pcuſſꝰ a laceratiõe hoĩs ſepat. carnis delecta tio pforat meã mentẽ. & p ſuaui odore ṽtutũ ſentio intollerabilẽ. ac teterrimum fetorem interiorem. viciorum.

Hya dulciſſime aut dulcis dñe hieſu. ex-pando corã te oẽs iniquitates meas ꝗs ſuſtineo. Sunt aũt hec mala decẽ. Primũ im-patientia. Inimicicia. que deo & oĩbꝰ ſanctis eſt odioſa. Diſcordia rancor animi. Indigna-tio. Tediũ mentis. Voracitas gule. Murmu ratio. Deſideriũ voluptatis. Delectio carnis. Tempeſtas libidinis. & multa ſcꝫ his ſimi-lia. quibꝰ laxat̃ & afficit̃ & decipit̃ infelix aĩa mea. O ꝗ tollerabilíꝰ canis putridꝰ fetet hoĩ bꝰ. ꝗ aĩa peccatrix deo. Magis iſta infeliciꝰ deo. qm̃ ille hoĩbꝰ. Aĩa peccatrix arbor in-fructuoſa es. talis aũt arbor digna ẽ ſuccidi. & igne ſuccẽdi. Arbor infructuoſa. vbi ſunt fructꝰ tui? Arbor digna ſecari et igne incẽdi

digna ſuccidi & cremari· qui ſunt fructꝰ tui?
vtiqꝫ ſpine pungentes & amara peccata· que
vtinã ſic penitendo pungerent & cõfoderẽt
ſic amareſcerent vt euaneſcerent· forte p̄uū
quid putas aliquod peccatū· ſed heu om̄e pec
catū per preuaricationē deū exhonorat· quod
ergo peccatū audebit peccator p̄uū eſtimare
nam deū exhonorare· quando paruū eſt?
Ieſu bone dn̄e· cur de celo veiſti? ad qd morti
me tradidiſti? niſi vt peccatores ſaluares· q̄ꝝ
primꝰ ego ſū. Reſpira ergo o peccator· re=
ſpira ne deſperes· ſpera ĩ eo quē times· fuge
ad eū ad quē refugiſti. Inuoca importune q̄ꝫ
ſupbe ꝓuocaſti· dicqꝫ ei. Hieſu ꝓpter nomē
tuū dulce· fac mihi ſm nomē tuū· hieſu obliui
ſcere ſuperbiã te ꝓuocantem· & reſpice pie
miſeꝝ te inuocantē· Hieſu nomē tuum dulce
nomen delectabile· nomen confortans pecca
torem· & nomen beate ſpei. Quid eſt hieſꝰ
niſi ſaluator? Ergo propter temetipſū· eſto
michi hieſus· eſto michi ſaluator benignus·
noli attendere ſic malum meum· vt obliui=
ſcaris bonum tuum. O bone domine hieſu·
& ſi ego admiſi· vnde me damnare potes·

tu ne amiſiſti vnde ſaluare ſoles. Si caſtitatē meam mihi ademi· nunquid miſericordiā tuā ꝑemi?veꝝ conſcientia mea meret̄ damnacōꝫ & penitentia mea nō ſufficit ad ſatiſfactiōꝫ· ſed certū eſt ꝙ miſericordia tua ſuꝑat oēm offēſionē. Parce ergo mihi dn̄e· qui es vera ſalus· & nō vis mortē peccatoris· miſerere dn̄e peccatrici aīe mee· ſolue vincula eiꝰ· ſana vulnera eiꝰ. Ecce miſericors deꝰ· corā te exhibeo aīaꝫ meā muneribꝰ virtutū diſſolutā· cathenis vicioꝝ ligatā· ponde̓ peccatoꝝ g̃uatam· ſordibꝰ delictoꝝ fedatā· diſcuſſā vulneribꝰ demonū· putridā & fetidā vlceribꝰ ꝯmi nū. His & aliis g̃uioribus malis· quā tu meliꝰ qm̄ ego vides obſtrictā· oppreſſā· circūdatā· obuolutā· bonoꝝ oīm releuamīe deſtitutam. Heu coartat me mala vita. Coartat me miſeria· heu miſer ſemper & vbiqꝫ miſer.

Quanta miſeria & captiuitate vita hominis circundatur. Si enim homo male viuit· parata eſt damnatio. Si recte quidē videt̄ viue̓· & nō ſapient̓ nec caute cuſtodiēs ſe· inde gloriat̄· certa ē mors & et̄na dānatio

O iſta que ſecunt̃ ſũt inimici miſeris hoĩbꝰ
Superbia·inuidia·inanis gloria·que infelicẽ
hominẽ infeſtant continue·& niſi miſericor
dia dei eũ teneat·ſepe vſqꝫ ad mortẽ vulne=
rat libera me dñe ab his hoſtibꝰ meis· a qbꝰ
ego liberare me non valeo·ꝑuerſũ etiam &
peſſimũ ẽ cor meum. Ad deplorandũ ꝓpria
peccata & lapideũ & aridũ. Ad reſiſtẽdũ in
ſultibꝰ molle & luteũ. Ad inutilia aũt & nox
ia ꝑpetranda velox & infatigabile. Ad cogi
tanda ſalubria·faſtidioſũ et immobile. Anĩa
mea diſtorta et deꝑuata ad ꝑcipiendũ bonũ·
ſꝫ ad voluptatũ vicia nimis facilis et ꝓmpta.
Ad virtutẽ reminiſcendã·nimis difficilis et
pigra. Longũ eſt enarrare caſtrimargiã. ſom
nolentiã·leuitatem·impaciẽtiã· detractionẽ·
cenodoxiã·inobedientiã·et cetẽa vicia mea·
quibꝰ infecta infelix anima mea· quotidiano
ludibrio diſtrahit̃ a tua cultura in perditio=
nem ·libera eam domine·exonera mole pec
catorum obrutam ſolue peccatorum funibus
ligatã·expedi crimibꝰ irretitã·erige iacẽtẽ ſu
ſtine nutantẽ·inſtrue ſpũalibꝰ armis v̄tutibꝰ
enermẽ·rege et ꝓtege pugnantẽ·hieſu bone

vide humilitatē meam·et dilue om̄ia delicta
mea. Adiutor meus ne derelinquas me·nec
deſpicias me deꝰ ſalutaris meꝰ·ſed doce me
facere voluntatē tuam. Anima mea teſtet̄ ꝙ
libent̄ hic eis cōfitet̄. Adiuua me dn̄e pie cle
mēs & benigne·pluſq̄m̄ poſſū cogitare aut
te rogare. Non minus hic ſentiā·q̄m̄ pſumo
ſperare. O pc̄ta mea magna eſtis valde·mul
ta eſtis nimis·ſi a vobis non abſoluar q̄d erit
michi. Iudex enim terribilit̄ diſtrictus·ineq̄
liter ſeuerus·immoderate offenſus·vehemē
ter iratus·ſententia immutabilis·carcer irre
mediabilis·tormenta ſine interuallo & ſine
tempamento·tortores horribiles·qui nunq̄;
laſſant̄·nunq̄m̄ miſerent̄. Timor reū ɔturbat·
conſcientia confundit·cogitacōes increpant·
& fugere non licet. Ecce in quibus periculis
conſiſto inceſſanter. Et quia ſemper hoc non
cogito ero miſerior & miſerabilior q̄a obli=
uiſci nō poſſū·ſemper enī deus videt me·&
peccata mea ſēper incutiūt diſtricta iudicia·
ſemp inuiſibiles inſidiatores parati ſunt·vt
capiant miſerā animā meā. Sic ſū poſitus cū
vigilo·ſic cum dormio·ſic dū rideo·ſic cum

letor·ſic cum ſuperbio·ſic cū detraho· ſic cū iraſcor·ſic cum triſtor ·ſic cū delicias cordis miſerabilis amplector·deniq̃ ſic ſū ſemper & vbiq̃.Heu me miſerū & vbi ſum·& vbi non ſū·quia neſcio vbi ſecurus ſū.Heu mihi miſero qd faciam. Heu qn̄to tempore angit me mens mea·qn̄to ſtupore eſt induratū cor meum quanto tempore obdurat̄ anima mea Quid eſt qđ ſic me impedit? Quid eſt quod ceruicē meā ſic premit? vult dn̄e vult anima mea ad te erigere faciē ſuā· & plumbeo onē degrauata deprimit̄.Conatur ſe expedire et cathenis ferreis conſtringit̄·temtat exire & eneo carcere includit̄.Cupit in te dirigē ſeruiciū ſuū·& caliginoſis tenebris obſcuratur Que ſunt iſta deus meus·que ſic animā meā obtenebrant & grauāt & ligāt? forſitan hec ſunt pc̄ta mea? ymo vere hec ſunt pc̄ta mea· hi affectus ſunt carnales·qui inficiunt in me affectū ſpiritualē. ¶ Intentio inferioꝝ incuruat aīam meam ab intuitu ſuperiorū. Amor terreſtrium excecat in me dilectōꝫ celeſtiū· vſus viciorū euacuauit in me ſenſus bonorū donorū·ab his donis ſū elongatus ·his malis

occupatꝰ·ab illis excluſus·in iſtis incluſus·ab iſtis deuolutꝰ·illis obuolutus·huic eſt carcer & vincula·huic ſunt tenebre et peccata. Ve mihi quia prope eſt dies mortis·prope inq̄ʒ eſt ·incognita ſubito venit·& forſitan hodie erit·delicta mea an eratis tunc tā noxia ſuta cum animā meā veſtra dulcedine pulſabatis & cur me tradebatis·ymo vos non tradidiſtis me·ſed ego tradidi me·quādo vobis me tradidi. Non vos me decepiſtis·ſed ego decepi me·qn̄do vos intra me ſuſcepi. Heu cur vobis fidē adhibui·et credidi vobis· ſed qm̄ quodā horribili modo·non videns·cecus me tradidi vobis. Videns quidē·quia vos cognoſcebam·& mala q̄ precipiebatis nō abhorrebam·ſed eis conſentiebam. Cecus·quiʒ me a vob̄ non cauebā. Heu ·pc̄tm nomē horrendū·res deteſtabilis·nullo mō cōparabilis . Cecꝰ non videt foueaʒ in quā cadit·inſanꝰ putat ſe debere quod facit·quia ſponte facit peccatū·videns et ſciens p̄cipicio ſe tradit. Mors et tormenta quelibet tm̄ ſunt·& in ſe feda nō ſunt quia ordinata ſunt·pc̄tm aūt habet in ſe feditatē ſuā·et cum hoc trahit ſecum etiam

infelicitatem·melius enim erat eligere tor=
mentum·quod per ſe feditatem eternã non
attrahit·qm̃ peccatu; quod ſua cum feditate
dolores eternos iungit·magis eſt ergo vitã=
da peccati feditas ·qm̃ quelibet tormentorũ
immanitas . Et certe omnis feditas peccati
ipſa ſola plus eſt . Et quia ipſe homo in pec=
cando fediſſima peruerſitate p̃poſuit ſe crea
tori ſuo quo nichil iniuſtius·ſed ĩ tollerando
peccati tormẽta ordine poſtremo ſubicit ſe
creatura factori ſuo quo nihil iuſtiꝰ. O homo
quo euanuit humanitas tua·quo deuenit racõ
tua·didiceras enim·quoniã qui facit peccatũ·
ſeruus eſt peccati·& peccatum feciſti. Inau=
dita inſania hec ſcire et ſemper peccare·ſcie
bas enĩ ꝙ tu es ſpũs vadens·et non rediens·
et in peccati abiſſum irremediabilem &ſine
fundo te proieciſti Vere abiſſus ſũt peccata
mea·ꝓfunditate·quia incomprehenſibilia &
ineſtimabilia ſunt numero & immẽſitate O
abiſſus abiſſum inuocãs O pctã mea tormẽta
quibus me ſeruatis abiſſus ſũt·qa infinita &
incõprehenſibilia ſunt. Eſt & tercia abiſſus

& nimis terribilis· iudicia dei abiſſus multa
hee omnes abiſſi terribiles michi ſūt undiq̧
quia timor ſuper timorē· & dolor ſup dolorē
Nam abiſſus abiſſum inuocat in voce catha
ractaꝝ tuaꝝ· quia peccati abiſſus abiſſū tor=
mentoꝝ meret· quia iudicia dei ꝓnunciat Ab
iſſus ergo iudicioꝝ dei ſup me abiſſus. Infer
ni ſubtꝰ me abiſſꝰ· peccatoꝝ abiſſꝰ eſt intra
me. Illā que ſup me eſt timeo· ne ī me irruat
& mecū abiſſus mea in eam que ſubtus me
latet obruat· ubi ꝑ tormenta peccata nunq̄ de
lebunt. Miſer ego peccator· quo abii facto
meo· a factore meo· quo fugi a facie tua. Cer
te ſi ego nequit fugio & in abiſſo damnabili
me abſcondo· quo vado vides me Quis enim
niſi tu ad penitendū mouet aiām Bone dn̄e
hieſu criſte· tu pulſaſti & excitaſti eā ī abiſſo
delictoꝝ meoꝝ velut in lecto dormientē Tu
concuſſiſti pigritantem· tu ſollicitaſti negli=
gentem· feciſti penitentē vnde iocundabat·
& dolentē vnde letabat Bone dn̄e oīa hec fe
ciſti in abiſſo. Exaudi ergo clamantē de ab=
iſſo· benigniſſime dn̄e· peccata mea non ab=
ſcondo· ſed expando ea corā te· non defendo

ea·ſed oſtendo· non excuſo·ſed accuſo. Ego
ſum reus ego ipe accuſator meus. Non accu
ſes me qui feciſti me. Solus ſuffeci ad peccā
dum·ſolus ſufficiā ad accuſandū·ſolus ad pe=
nitendū·ſed vnde deus meus tantoꝝ c̄minū
correctio? vnde tibi tātoꝝ ſceleꝝ ſatiſfactio?
Precipitare ergo miſer homo in ꝓfundū im
moderate meſticie· qui ſponte p̄cipitatꝰ es
in baratum horrende nequicie Obruere infe
lix mole terribilis doloris·qui libēs corruiſti
in ſcenū infernalis fetoris. Obuoluere erūp=
noſe in tenebris inconſolabilis luctus qui vo
lens ꝓuolutus es ī voragine tā ſordidi luctꝰ
Volutare igit̄ gurgite amaritudinis·qui de=
lectatꝰ es in volutabro turpitudinis Terror
horribilis·dolor terribilis· meror inconſola
bilis·aggretate vos ſup me·obruite·iuſtū ē·
poſſidete me·iuſtū eſt·irruite·ꝑturbate·ob=
uoluite·torquete reū·vindicate deū. Sentiat
fornicator inferni tormēta que meruit·p̄gu=
ſtet quod p̄parauit·bibat quod nutriuit· aſ=
ſueſcat quod ꝑpetuo paſſurꝰ. Conſolatio·ſa=
nitas·leticia·nolo vos·ꝓcul eſtote ante mor=
tem niſi forte indigentia vos reuocet · quia

neceſſarium eſt flere peccatorē. vel hic vel in futurum. Sit ergo penitentia amara & cōtinua. comes etatis mee. Continuus dolor. inſaciabilis terror inhereat vite mee Sint merores & luctus infatigabiles torſiones mee iuuentutis & ſenectutis. vt ita fiat rogo & deſidero. ſi enī non ſum dignꝰ oculos leuare ad celum. orando coram te dn̄e deꝰ. certe ſū dignus plorādo eos cecare. ſi confundit mēs mea pudore ꝯſcientie. equū eſt vt confundat turbine luctuoſo doloris & triſticie. Si timet exhiberi ante conſpectū dn̄i dei ſui. iuſtū eſt vt habeat ante cōſpectū ſuū tormēta ſceleris ſui Reſpira o peccator aliquando & fuge ad ipm deum quē offendiſti. fuge inqm̄ ab irato ad placatum.

Memento iuſtiſſime & benigniſſime deꝰ memēto ꝙ miſericors es. & redēptor meus es Si iudex es ad iudicandū reū tuum. es & dn̄s ad defendendū ſuum tuū. es & creator ad conſuandū opus tuū. es & dn̄s ad ſaluandū credētē tuū & baptizatū tuū Ne ergo memineris iuſticie tue ſoliꝰ adūſꝰ pctorē tuū ſed memor eſto benignitatis tue. erga cātaȝ

tuam . Ne ergo memineris ire tue aduerſus
reum tuum·ſed memor eſto miſeratiōis tue
aduerſus miſeꝝ tuū. Scio quidē & fateor· ꝙ
conſcientia mea meret̃ damnatiōꝫ·& penitē
tia mea non ſufficit ad ſatiſfactiōꝫ . Parce gº
mihi bone dn̄e· qui es ſal⁹ mea· qui non vis
mortē peccatoris·parce ergo peccatrici ani̅e
mee·deus meus es·in te pono ſpē meā· tibi
cōmitto aīaꝫ meā. Cuſtodi eā cū dormio. Cōſ-
ua eā dū quid aliud ago· memēto ei⁹ dū obli
uiſcor tui·pctor ſum & reus·ſed peccaſſe me
doleo·& miſeꝝ me ꝯgnoſco. Miſericors de⁹
miſerere mei·miſerere & humilis cāte tue
Peccare eſt deū inhonorare·quod hō facē nō
deberet· etiā ſi neceſſe eēt perire quicquid
deus nō eſt. Heu mihi peccaui·deū veꝝ exho
neraui oīpotentē ꝓuocaui·quid feci qn̄do ma
la feci·ve mala agenti·ve bona negligēti·ve
ve ira dei oīpotentis· ne irruas ſup me. Ira
dei oīpotentis vbi poteris capi in me·nō eſt
quod poſſit tollerare totā te·in toto me. De⁹
dn̄s cui⁹ bonitas nō exhaurit·cui⁹ ſciētia nō
deficit·cuius miſericordia nō exinanit·cuius
potentia quicquid vult efficit. Vnde potero

reſpirare q ſic ob peccata mea cogor deſpe-
rare? certe de tua miſe̅ria. Nam ſi iraſceris
peccantibus· ſoles tamen pie conſulere pe-
nitentibus. Doce me domine vnde debeam
ſperare vt poſſim ſaluari. Orare volo· ſed ne
ſcio· ſecundū ignorantiam meam poſſum deū
meum prouocare. Ideo propter iniquitatem
meam cogor deſperare. Scio quidē et fateor
quia peccator ſum· quia peccatū ſponte ſubii·
& iuſte non exaudior· quia non obediui. Vti
qꝫ bone domine peccaui· erraui· veruntamen
te non negaui· non deteſtor bonitatem tuam
Ideo fac mecum ſecundū miſericordiā tuam
qui es benedictus in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Finitus eſt liber ſeu tractatus beati
Auguſtini epiſcopi yponenſis de cō
tricōne cordis· cū ceteris tractatulis
eiuſdem. Anno ab incarnacōe dn̄ica
Milleſimoquadringenteſimoſep-
tuageſimoſcd̄o· q̄nto Idus. nouēbris

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

75

verhe fiat

de ſpiritu ꝛ aīa
de ebrietate ꝛ ſobrietate ad virgines
Augꝰa — de [illegible] cordis
de quatuor virtutibꝫ card
de ebrietate

# INCIPIT·LIBER·SANCTI·AVGVSTINI·DE·ANIMA·ET·SPIRITV

EXduabus ſubſtancijs conſtat homo· ex anima et carne ·anima cum racōe· caro cū ſenſibꝰ ſuis quos tamē ſenſus non mouet caro abſq̧ anime ſocietate. Anima vero ratōnale ſuum tenet ſine carne. Eſt ſiquidem rationalis·cōcupiſcibilis ·iraſcibil̉ Per rationabilitatē abilis eſt illuminari · ad aliquid cognoſcendum infra ſe·ſupra ſe·iuxta ſe. Per concupiſcibilitatem & iraſcibilitatē abilis eſt affici ad aliquid appetendū·vel fugiendum·ad amandum vel odiendum. Igitur de rationabilitate omnis ſēſus oritur anime· et de alijs omnibus. Quinq̧ enim ꝓgreſſibꝰ rationabilitas exercet ad ſapientiam·& quatuor affectibus ad caritatem ·quantū in iſtis progreſſionibus ī ſemetipſa proficit anima· ſenſu & affectu·quaſi interius quibuſdā pedibus que ſpiritu viuit·ſpiritu ambulet vſq̧ ad cherubin & ſeraphin ·vſq̧ ad plenitudinem ſcientie & caritatis. Habeatq̧ anima per exercitium virtutes · quarum facultates habet per naturam. Et hos progreſſus nominibus

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

& ordinibus angelorum prudenti lectori re-
linquo. Facile quidem erit· ſi ſciat aptare ſen
ſum qui eſt ·anime· Nunciationem angelis ·
qui nuncii vocantur· ymaginationem archan
gelis· odium mundi · virtutibus · odiũ ſui ·
poteſtatibus·racionem·principatibus ·amo-
rem proximi · dominacõbus · intellectũ ·tro
nis· intelligentiam ·cherubin· amorem dei·
ſeraphin. Timor namqȝ de ſuppliciis & dolor
de peccatis·faciunt contemptũ mundi & ſui
Spes de promiſſis · & gaudiũ de premiis ·
faciunt amorem dei & proximi. Anima ad
ſimilitudinem totius ſapientie creata·omni-
um rerum ſimilitudinem gerit. Similis eſt
terre per ſenſum. Aque per imaginacõnem·
Aeri per rationem. Firmamento per intelle
ctum. Deo per intelligentiam. Et ſicut deus
eſt oĩm capabilis et participabibis·ſic anima
oĩm capax eſt. Anima eſt ſubſtantia rationa
lis intellectualis· a deo facta · ſpirtualis·non
ex dei natura·ſed ex nihilo potius creata· in
bonum malumqȝ cõuertibilis. Et aliquatenus
non mortalis eſt·quoniamſenſum quo ei poſt
hãc vitã bene vel male ſit·ammittere non pt.

Sic enim nutu dei anima ad corpus venit· ut ſi ſcḋm preceptū eius agere vellet· mercedem acciperet vite etn̄e· ac ſocietatis angeloꝝ. Si autē hec contemneret penas iuſtiſſimas horribiliſſime lueret· ſiue doloris continui · ſiue ignis eterni. Item anima ex eo dicta ē· ꝙ corpus ad vitam animet· hoc ē viuificet. Spiritus ipſa eſt ꝓ ſpiritali natura· vt pro eo ꝙ ſpiret in corpore ſic ſpirit⁹ appellat̄. Anima et ſpirit⁹ idē ſunt in homine· quāuis aliud vocet anima· & aliud ſpirit⁹. Spirit⁹ nanq̃ ad naturam dicit̄· anima ad viuificationē. Eadem ē eſſentia · ſed proprietas diuerſa. Nam vnus & idem ſpiritus· ad ſeipm̄ dicit̄ ſpirit⁹ et ad corp⁹ anima. Spiritus eſt inquantū ē ratiōe predicta ſubſtantia rational̄. Anima ē inquātum ē vita corporis de qua dictū ē. Qui perdiderit aninam ſuam· ſaluā faciet eam· ideſt quiſquis propt̄ deum hanc vitā q̄ nūc corporis ex anime viuificacōe temporalit̄ mortalis cōſtat· libent̄ deſpexerit· in futuro eandē corporis· non ſolum· ſed anime vitā eternam· & immortalem recipit Humanum nanq̃ corp⁹ nec viuē· nec naſci· ſine racōnali anima pot̄.

vegetatᷣ tamen & mouetᷣ·creſcit· & humanā formā ī vtero recipit. poſt quā· racōnalē aīaꝫ accipit·ſic̄ & virgulta·& herbas ſine anima moueri & incrementa habere videmus. Duplex quidem vita anime ē ·alia qua viuit ī carne·& alia qua viuit in deo. Duo quippe ſenſꝰ ſūt ī hoīe ·vnus interior·& alter exterior·et vterqꝫ bonum ſuum habet·in quo reficitᷣ. Sēſus interior reficitur in contemplatione diuinitatis. Senſus exterior in cōtemplatione humanitatis. Propterea enim deus homo factꝰ eſt· vt totum hominem in ſe beatificaret·vt tota conuerſatio eius eſſet ad deum· & tota delectatio eius eſſet in illo·cum ſenſu carnis· videtur per carnem· & ſenſu mentis per diuinitatis contemplationem. Hoc erit totum bonum hominis·vt ſiue ingrediatᷣ·ſiue egrediatur in ſuo factore inueniat paſcua · foris ī carne ſaluatoris·intus in diuitate creatoris Hoc bonum·magnum ſecutum eſt malū·qñdo perdito bono quod intus erat·egreſſa eſt anima ad bona aliena que foris erant· & pactum fecit cum delectationibus ſeculi·requieſcens ſuper illas· non attendens abſentiam

ſui boni interioris · eo ꝙ conſolationes ſuas
cerneret in bonis alienis Nam cum exterior
ſenſus carnalis bono ſuo vtitur· interior mē=
tis ſenſus obdormit quaſi. Non enim cogno
ſcit bono interioris ſenſus · qui iocunditate
bonorum exteriorum capitur. Nam qui ī car
ne viuit in carne ſentit· & dolores carnis fu=
git· quantum poteſt · vulnera autem anime
prorſus ignorat· nec medicinam querit eis ·
Cum autē mortuus fuerit ſenſus anime ·quo
viuit in carne·tunc viuificare incipiet ſenſus
ille·quo ſentit ſemetipſam·& tunc ſciet do=
lores ſuos·& ſentire incipiet vulnera ſua·et
tanto grauius quanto propius· ſed cum hinc
mortalitas induerit immortalitatem·& cor=
ruptio induerit incorruptionem ·tunc mente
pariter et corpore ſpirituales effecti ſecundū
modulum noſtrum·per mentis illuminatio=
nem omnia ſciemus· & per corporis incor=
ruptibilis leuitatē vbiq; eſſe poterimus·mē=
te volabimꝰ & corpore per incorruptionem
Diſcernemus mente·diſcernemus & corpore
cum ſenſus noſtri vertentur in rationem·ra=
tio in intellectum·intellectus ī intelligentiā

intelligentia mutabitur tunc ī deum Anima eſt ſpiritus intellectualis rationalis·ſemper in motu bone vel male voluntatis·capax ſecū dum bonitatem creatoris· atq; ſecundū opis ſui officium variis nuncupatur officiis. Dicitur nanq; anima dum vegetatur·ſpiritus dū contemplatur·ſenſus dum ſentit· animus dū ſapit·mens dum intelligit·ratio dum diſcernit·dum recordatur memoria·voluntas dum conſentit Iſta tamen non differunt in ſubſtantia·quemadmodum in nominibus · quoniam omnia iſta vna anima eſt · ꝓprietates q̄dem diuerſe·ſed eſſentia vna eſt·in ſpiritu tamen & anima poteſt eſſe differentia·quoniam oīs aīa ſpiritus eſt·ſed non omnis ſpiritus anima Anime duplices actiones ſunt·alio nanq; cōſilio erigitᷓ ad deum·atq; alio inclinatᷓ ad carnem. Inclinatᷓ autem ſic·cum ſit ſubtilis et īuiſibilis videri non potᷓ·ſed ꝑ potentias ſuas ſe extendit & oñt. Per cōcupiſcibilitatē nanq; appetit·ꝑ iraſcibilitatē contemnit·ꝑ rationabilitatē inter vtrunq; diſcernit Tota eſſentia anime in his potentiis conſiſtit·nec per partes diuiditur· cum ſit ſimplex & indiuidua·

& ſi aliqñ partes habē dicitur· ratione poti=
us ſimilitudinis q̄m virtute compoſitionis ī=
telligendum eſt. Tota nanq̨ ſubſtantia aīe ī
his tribus plena conſiſtit & perfecta ·ſcili=
cet rationabilitate· iraſcibilitate· & concupi
ſcibilitate·quaſi quadā ſua trinitate· & tota
quidem trinitas hec· quedā eſt anime vnitas
Quibuſdam affectibus·& quadam amicicia
anima corpori coniungitur· ſecundum quam
amiciciam· nemo carnem ſuam odio habet ·
ſociata nanq̨ illi· licet eius ſocietate preḡuet̄
ineffabiliter tamen diligit· amat carnē·ideo
libera eſſe non poteſt· doloribus eius vehe=
menter afficitur·formidat interitum que mo
ri non poteſt. Timet defectum·que per natu
ram deficere nō poteſt·oculorum ſpeculatio=
ne depaſcitur·ſonoris auditibꝰdelectatur ſua
uiſſimis odoribus iocundatur larga epulacōe
reficitur ·Et licet his rebus nullatenus vta=
tur graui tamen merore affligitur· ſi abſtra
hantur huic. Mira nanq̨ ſocietas carnis &
aīe·ſpūs vite & limi terre. Vnde ſcriptum
ē. Fecit deus hoīe; de limo t͛re & inſpirauit

in faciem eius ſpiraculum vite·dans ei ſenſū & intellectum·vt per ſenſum lutum ſibi ſociatum viuificaret·et per intellectum regeret· & vt per intellectum intus ingrederetur· & contemplaretur opera ſapientie·Intus intellectus illuſtraret·foris ſenſus decoraret· vt ī vtroq̧ refectionē inueniret. Intus ad felicitatem·foris ad iocunditatem Sed quia bona exteriora diu ſtare non poſſunt·viſus eſt homo ab exterioribus ad interiora redire·& ab interioribus ad ſuperiora aſcendere. Tante ſiquidem dignitatis eſt humana conditio · vt nullum bonum preter ſummū bonum ei ſufficē poſſit Plenum fuit miraculo q̄ tā diuerſa & tam diuiſa ab inuicē poſſunt cōiungi·nec minus mirabile fuit·q̄ limo noſtro deꝰſeipm̄ ɔiunxit·vt & ſibi inuicem vnirentur deus & limꝰ·tanta ſublimitas·& tanta vilitas· nihil deo ſublimius· nihil limo vilius. Mirabilis fuit cōiunctio prima · mirabilis fuit et ſecunda · nec minus mirabilis & tercia erit·cum hō angelus et deus vnus erit ſpūs Eodē nāq̧ bono bonꝰ ē hō q̊ anglꝰs bonꝰ ē. Eodēq̧ bono vterq̧beatꝰ ē·quod ē deꝰ· ſi tn̄ ambo id ipm

eadem voluntate eodemq̃ ſpiritu capiũt. Si enim tam diſparem natura carnis & anime ad vnam federationem atq̃ amiciciam deus coniungere potuit·nequaquam erit impoſſi=le ei·rationalem ſpiritum·qui vſq̃ ad conſor=tium terreni corporis humiliatus eſt· cũ eo=dem corpore glorificaturo · vt ſit ei glorie · quod fecit ſarcine· ad conſortium beatorum ſpirituum·qui in ſua proprietate puri perſti terunt exaltare atq̃ ad ſue glorie participati onem ſublimare. Ad hoc ſola caritate ſiqui = dem nulla neceſſitate illum creauit altiſſimꝰ vt ſue beatitudinis participem faceret . Si ergo tantum gaudium & tanta leticia eſt vi ta iſta temporalis · que conſtat ex preſentia diuinitatis in ſpiritu rationali·ſubiciet̃ tunc corpus anime·& animus deo·& vnus ſpiri = tus erit cum eo·ita tamen ſi in humilitate p=manſerit & gratiam ſui creatoris·per quam glorificandus eſt cognouerit .

EX carne & aĩa ↄſtat homo·et ĩ vtroq̃ bo nũ ſuũ hʒ·in quo gaudet et exultat·Bonũ aĩe deus ẽ cũ affluentia dulcedinis ſue· bonũ carnis ẽ mũdꝰ cũ abũdãtia iocũditatis ſue. Sʒ

mundus iſte exterior eſt·deus autē interior·
Interior eſt deus omni re·quia in ipſo ſunt
omīa. Exterior eſt omni re·quia ipe ſup oīa·
Ab hoc ergo mundo ad deū reuertentes·et
quaſi ab imo ſurſū aſcendentes per noſmet=
ipos tranſire debem9. Aſcendē ad dm̄·hoc ē
intrare ad ſemetipm̄·& non ſolū ad ſe intra=
re·ſed ineffabili quodam mō in intimis ſeipm̄
tranſire·Qui eni interius intrans·et intrin
ſecus penetrans ſeipm̄ tranſcendit·ille vera=
citer ad deum aſcendit·quia ſe ſubtrahit ab
huius fallabilib9 mundi diſtractionib9·ergo
cor noſtrum obligem9·& ad intima gaudia
reuocemus. Et ſi cor noſtꝝ ſic ſemp tenē nō
poſſumus·ſaltim ab illicitis & vanis cogita
tionibus reſtringam9·vt aliquādo in diuino
cōtemplationis lumine figere valeamus. Hec
eſt reqes cordis noſtri·cū i dei amore p deſi
derium figit. Hec ē vita cordis noſtri·cū de=
um cōtemplat·& ipa cōtemplatione ſuauiter
reficit·& dulce ē illi ſp·quod ad amandū ſp
ſuaue ē & ad laudandū. Nihil eni ad beatam
vitā pſtantius videt qm̄ velut clauſis carna=
libus ſenſib9 extra carnē·mundiq3 affectum

affectum quempiã intra ſemetipm conuerti•
alienũq effici a mortaliũ cupitatibus•ſibi ſoli
& deo loqui.

Habet anima qndã ꝓpriã naturã cũ oĩbus
his mũdane molis elemẽtis excellẽtiorẽ•
qua veraciter non poſſit ĩ aliqua fantaſia cor
poraliũ imaginũ quã per ſenſus carnis ꝑcipi
mus cogitari•ſed in mẽte intelligi poť. Non
enĩ eſt corpus•nec vita ſine ſenſu• qualis eſt
ĩ arboribus•nec vita ſine racõnali mẽte•qualꝰ
eſt in animalibus•ſed eſt vita•& vita ꝑpetua
Nunc quidẽ minor qm̃ angeloꝝ• nec futura
minor qm̃ angeloꝝ•ſi ex ꝓcepto creatoris ſui
hic vixerit•preceptũ autẽ eiꝰ eſt vt ĩ dilectõe
maneamus. Manete inqm̃ in dilectione mea
Miſer ego quantum deum meũ diligere de=
berem• qui me cũ non eram•fecit•cum perie=
ram redemit Non eram•de nichilo me fecit
Non lapidem•non arborem•non aurum•non
aliquod de animalibus•ſed hominem me vo=
luit eſſe•dedit michi viuere•ſentire diſcernẽ•
perieram •ad mortalem deſcendit•mortalita
tem ſuſcepit• paſſionem etenim ipſe ſucepit

ſuſcepit·vicit mortē·et ſic me reſtaurauit·de
morte et̃no liberauit· ꝑierā & abierā ·q̄m in
peccatis meis venundatꝰ erā. Venit ille poſt
me vt redimeret me· & tantū dilexit me· vt
ſanguinis ſui preciū appēderet pro me·taliq;
pacto reduxit me de exilio·& de ſeruitio me
redemit· nomine ſuo me vocauit·vt ſuū me=
moriale ſemꝑ eēt in me·vnxit me oleo leticie
quo vnctꝰ erat ipe·vt ab vncto eēm vnctus·
& a criſto dicerer criſtianꝰ. Sic gracia eius
& miſericordia ſemꝑ ſuſceperūt me de mul
tis ꝑicul'. Sepe nanq; liberauit me liberator
meꝰ· qn̄ errabā corripuit me·qn̄ cōtriſtabar
cōſolatus eſt me·quando deſperabam me con
fortauit·quando iui me duxit·quando cecidi
me erexit·quando ſteti·me tenuit·quādo ve=
ni tunc me ſuſcepit· & multa alia mihi deus
meus fecit de quibus ſemꝑ michi dulce erit
loqui· ſemper cogitare·ſemper gracias agē·
vt ꝓ omnibus beneficiis ſuis poſſim eum lau
dare et amare. Cum enim ſit cunctis p̄ſidens
ſingulos implens·vbiq; preſens·cunctis curā
agens·et ſingulis quaſi omnibus prouidens.
Ita totum ad cuſtodiam meam video· ſi ego

ſuper cuſtodiam meam ſtabo· ꝙ oı̄m oblitus
ſit· & michi ſoli intendere velit. ſemper ſe p̄
ſentem exhibet· ſemper ſe paratum offert· ſi
me paratū inuenerit. Quocunq; me vertero
nō me deſerit, niſi prius eum deſerā· vbicūq;
fuero nō recedit· quoniā vbiq; eſt· & quocūq;
iero inueniā eum· cū quo poſſum eſſe Quicqd
fecero parit' aſſiſtit vtpote perpetuus inſpe=
ctor oīm cogitatuum· intentionū· & actionū
mearū· ſignāter neſcio finem meū neq; initi=
um· & neſcio vnde venio· aut quo vado · ſed
plane ſcio ꝙ mortales ſumus· & ꝙ velimus
nolimus omnes moriemur· nichil enı̄ morte
certius· & nichil hora mortis incertius. Nā
neſcimus quando aut quomodo· aut vbi mori
emur· quoniā mors vbiq; expectat nos. Idcir=
co ſemper debemus eſſe parati· vt cū corpus
reuertetur ad terram de qua ſumptū ē· ſpūs
redeat ad eum qui dedit illum. Cunq; hec di=
ligēter conſidero timore ꝑit' et ingenti rubo
re cōfundor· quia illū p̄ſentē mihi & oīa ocul
ta mea vbiq; videntē intueor· ml'ta enı̄ ſūt in
me de quibus corā eo erubeſco· et pro quibus

valde diſplicere illi timeo. Nec pro omnibꝰ his habeo·quod illi rependã niſi tantũ vt diligam·non enim melius aut decentius·quõm per dilectionẽ rependi poť quod per dilectoꝫ datũ ẽ· que preť rem dixiſſe videor ſed forte nõ preter vtilitatẽ mihi & hiis q mecum ſẽtiunt quod ego ſentio.

ANima ẽ ſuba ſpirtualis·et indiſſolubiľ indiuiſibilis·inuiſibilis·paſſibilis·atqꝫ mirabiľ·carẽs põdere·figura·& colore. Nõ eſt credenda pars dei·ſed creata dei·nec etiã de ſuba dei·vel de qualitatibꝰ elementoꝝ dei ſed ex nichilo creata. Si enĩ ex ſemetipo deꝰ eam creaſſet nequaqm̃ mutabilis·vicioſa·vel miſera eſſet. Si enĩ ex elemẽtis facta·fuiſſet corporea·cũ ſit incorporea ignotam habens originem·iniciũ habꝫ·finem non habet·& cũ ſit ſpiritualis nature·nichil habꝫ mixtũ·concreatũqꝫ terrenum·nichil humidum·aereum·vel igneũ·nullum habet colorem·nullo loco cõtinetur·nullis membris circumſcribitur·nullo ſpacõ finiť·ſed ita eſt cogitanda·& intelligenda·ſicut ſapientia·iuſticia·& cetere virtutes ab omnipotenti create. Natura aie

inuiſibilis·et ideo ĩ corde inuiſibilit̃ manet·et
de corpore inuiſibiliter egredit̃·ꝑ corpus cor
porea videt·ſicut celum & terram·& que in
eis conſpicua ſunt oculis noſtris. Anima cũ
carne eſt exuta·viuit·audit·videt·& oẽs ſen=
ſus atq; ingenia veraciter tenet. Anima etiã
vocatur totus homo interior·qua viuificat̃ et
regitur·& continetur lutea illa maſſa hume=
ctata lutis ne arefacta diſſoluatur Dum ergo
viuificat corpꝰ·aĩa ẽ·dũ vult·animꝰ ẽ·dũ ſcit
mẽs ẽ·dũ recolit·memoria ẽ·dũ iudicat·rõ ẽ·
dum ſpirat vł contemplatur·ſpiritus eſt· dũ
ſentit·ſenſus eſt. Creata eſt igitur anima ma
gna a magno·recta a recto·beata a beato·ma
gna quo capax eternorum·& recta quo appe
tens ſupernorũ·& beata quo deo vnita. Ani=
mam nanq; quam dei pietas reſpicit·humili=
tas ſbicit·pnia reducit·iuſticia deducit·obe=
dientia adducit·perſeuerantia perducit·deuo
tio introducit·puritas iũgit·caritas vnit. Itẽ
anima rationalis & intellectualis · facta eſt
ad imaginem & ſimilitudinem dei·vt facto=
rem ſuum per ymaginem cognoſcat·& per
ſimilitudinẽ diligat. Nunc ꝟ de ſimilitudine

aliquid dicamus. Nam ſicut deus creator.
qui hominem ad imaginem ſuam creauit.
eſt caritas. bonus. iuſtus. patiens. & mitis.
& mundus. & miſericors. & cetera ſan=
ctarum virtutum inſignia. que de eo legun=
tur. ita homo creatus eſt. vt caritatem habe=
at. vt bonus ſit & iuſtus. & ſit patiens. mitis
mundus. & miſericors. Quas virtutes quan
to quis plꝰ in ſe habet. tanto ꝓpior ē deo. &
maiorem conditoris ſui gerit ſimilitudinē.
Si vero aliquis (quod abſit) ꝑ deuia viciorū.
& diuerticula malorum. ab hac nobiliſſima
ſui cōditoris ſimilitudine degener aberrat.
tunc fiet de eo quod ſcriptum ē. Homo cū ī
honore eſſet. nō intellexit ꝯpatꝰ ē iumētis ī=
ſipientibus. & ſimilis factus eſt illis. Quis
maior honor potuit eſſe hominum. q̄m ꝙ ad
ſimilitudinem factoris conderetur. & eiſdē
virtutum veſtimentis ornaretur. quibus &
conditor. de quo legitur. Dominus regnauit
decorem indutus eſt. id eſt omnium virtutū
ſplendore. & totius bonitatis decore ornatꝰ
eſt. Vel quod maius homini poteſt eſſe
dedecus. aut infelicior miſeria. quam vt

hac ſimilitudinis gloria ſui cõditoris ãmiſſa
ad informem & irrationalem ·iumentorum
vel brutorum ſimilitudinem dilabitur. Qua=
propter quilibet diligentius attendat prime
conditionis ſue excellentiam · & venerande
ſancte trinitatis imaginem in ſe cognoſcat·
honoremq; diuine ſimilitudinis ·ad quã cre=
ata eſt nobilitate morum· & exercitatione v=
tutum dignitate meritorum habere conten=
dat ·vt quando apparebit qualis erit · tunc
ſimilis ei apareat·qui eum mirabiliter ad ſi=
militudinem ſuam· & primo hominem con=
didit·mirabiliusq; in ſecundo·ideſt ĩ ſemet=
ipſo reformauit .

Explicit liber ſancti auguſtini de aĩa & ſpũ

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

2 zu 6, verheftet

¶ Incipit liber ſancti Auguſtini de ebrietate

LIcet ꝓpicio criſto fratres kariſſimi· credam vos ebrietatis malū · velut foueam inferni expaueſcere· & non ſolū ipſi·non velitis amplius bibere· ſed nec alios adiuuare· vł cogere plus quam oportet accipere· quod tamen non poᷦ fieri. niſi ſint aliqui negligentes·qui ſobrii eē nō velint Vos qui ſemper conuiuia ſobria exhibetis· nolite aduestram iniuriam reuocare· quia neceſſe ē ebrioſos aliquos arguere. Cum enim fratres kariſſimi· ebrietatis malum·ſit graue nimiū & deo odibile· ita per vniuerſum mundum a pluribus in conſuetudine miſſum eſt·vt ab illis qui dei precepta cuſtodire nolunt · iam nec putentur· nec credent eē peccata· intātū vt in conuiuiis irrideant eos·qui minus bibē poſſunt·& per amiciciam inimicam·ad iura re homines non erubeſcant· vt potū amplꝰ qm̄ oportet accipiant. Qui enim alterū cogit vt pluſquā opus eſt bibendo ſe inebriat·mi= nus malum eſſet· ſi carnem eius gladio vul= neraret·qm̄ animam eius per ebrietatem oc= cideret. Et quia corpora veſtra terrena ſunt

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DUSSELDORF

quomodo pluuia nimia grandis. & diuturna in terram funditur. & in lutum reſoluitur. vt nulla in ea cultura fieri poſſit. ſic & caro noſtra. ſi abundantiori potu fuerit inebriata. nec ſpiritualem accipere culturam. nec fructus anime neceſſarios poterit adhibere. Et ideo quomodo omnes homines ita decētem atq̧ ſufficientem pluuiam ī agris ſuis accipē deſiderant. vt & culturam valeant exercere & de fructu vbertatis gaudere. ita & ī agro corporis noſtri. non amplius debemus bibē qm̄ oportet. ne per nimiam ebrietatem ipa corporis terra in paludem conuerſa. magis vermes & ſerpentes viciorum generare. qm̄ fructus bonorum operum poſſit admittere Omnes enim ebrioſi. tales ſunt. quales paludes eſſe videntur. quid enim in paludibus naſcitur nō ignorat caritas veſtra. totum quod ibi naſcit̄. nll'm fructū habere cognoſcit̄. Naſcunt̄ ibi ſerpētes & ſāguiſuge. naſcunt̄ & rane & diuſa genera vermiū. qui magis horrorem poſſint generare. qm̄ aliquid quod ad vitam proficiat. exhibere. Ipſe enim herbe vel arbores. que aut in ipſis radicibus.

aut circa ripas naſci ſolent · nichil vtilitatis habere videntur · tamen annis ſingulis incē=dio ɔcremant̄ Videte quia luxuria · q̄ de ebrietate naſcit̄ · ignibus preparat̄ · tales enim ſic̄ iam dixi omnes ebrioſi quorum prandia di=cuntur vſq; ad noctem · quorum cenas lucifer videt · qui ſtare non poſſunt · etiam cum vidē tur eē iuuenes · cum ſit robuſti · quorū ſenſus · tardi · graues · obtuſi · & quodammodo ſepulti Deniq; frequenter ī ipſa ebrietate · nec ambulare valent · nec ſeipſos · nec alios reɔgnoſcūt · nec ambulare · nec ſtare · nec dicere aliquid · uł audire quod ad rationem pertineat · omnino non poſſunt. Frequent̄ etiā vſq; ad vomitū ſe ingurgitare nō erubeſcant · & menſuras ſine menſura bibere. Maiora enim pocula ꝓuidentur · certa lege bibendi contendit̄ · qui poterit vincere laudem meret̄ ex crimine. Inde lites & rixe naſcuntur · inde diuerſis & horrendis ſaltationibus membra torquent̄. Inde adulteria · & non nunquam homicidia perpetrantur. Et non nunquam nimium potum accipientes tanquam in paraliſim reſoluuntur dū ſuis pedib9 ambulare nō poſſūt · fediſſima

ſimulacra aliorum manibus portantur ad le-
ctos Et eſt ī illis oculorum caligo·vertigoq̃
vel dolor capitis·ſuffuſio vultus· membroꝝ
omnium tremor·anime atq̃ mentis ſtupor.
In talibꝰ impletur quod ſcriptum eſt. Cui ve
atq̃ tumultus·cui rixe·cui ſine cauſa vulnera
cui ſuffuſio oculorum· nonne his qui moran
tur in vino· qui prebere ſe ſtudent calicibus
epotandis. Sed illi qui tales eſſe volunt·mi-
ſerabiliter ſe excuſare conantur dicentes. In
gratum habeo amicum meum·ſi quotiens il
lum ad conuiuium reuocauero·potum ei quā
tum voluerit ipē non dedero. Non ſit tibi
amicus·qui vult te deo facere inimicum·qui
&tuus & ſuus eſt inimicus. Si & te & aliū
inebriaueris·habebis hominē amicum·&ha
bebis deum inimicū. Etiam ſapientꝰ conſide-
ra ſi iuſtum ſit ut te a deo ſepares·dū te ebri
oſo coniungis·ad extremum vi eum noli adiu
uare·noli cogē·ſed ī poteſtate illius dimitte
vt quantum ſibi placuerit bibat· vt ſi ſe ine-
briare voluerit·vel ſolus pereat·&ambo nō
peccetis. O infelicitas generis huāni·qa mlti
iebriāt&luxurioſi amplꝰ qm̄ oportet cogūt

bibere. & ante hoſtium pauperibꝰ petētibꝰ
vel vnum calicem diſſimulant dare. nec attē
dunt illud. quia luxurioſis vident̄ ingerere.
quod criſtus ī pauperibus debet accipē. qui
dixit. Quam diu feciſtis vni ex minimis his
michi feciſtis. Sed qui tales ſunt. qn̄do alios
nimio potu ſepeliunt. pauperi petenti elimo
ſinam. dicunt. vade inante. & dabit tibi deꝰ
& vtiqꝫ cum ambulauerit homo ei daturꝰ eſt
ergo qui dicit. vade inante & dabit tibi deꝰ
quid aliud dicit. vade ad illum hominem qui
habet deum. quia ipē deus daturꝰ eſt tibi. ac
ſi ore ſuo ipē confitebit̄ apud ſe deū non eē.
vt quo inſpirante poſſit aliquit pauperibus
erogare. Rogo vos fratres kariſſimi diligē-
ter attendite & videte. quia quando aīalia
ducunt̄ ad aquas. vbi ſatiauerint ſitim ſuam.
etiam ſi ſupra ipſam aquam diutius teneant̄
repleta bibere non volunt nec poſſunt. Con
ſiderent ebrioſi ſi non peiores animabilibꝰ
iudicandi ſunt. quia animalia ampliꝰ qm̄ opꝰ
illis eſt bibere nolunt. illi duplum & triplū
qm̄ illis oportet potum accipiunt. Et vnde
trium vel quatuor dieꝝ potuerunt refectioꝫ

habere·vna cum grandi peccato contēdere·
potius perdere qm̄ expendere· atqꜫ vtinā po
tum & tantummō perderent·& non etiam
ipi perirent. Quantum malum in ſe ebrie=
tas habeat· etiam loth & filie eius euident
oſtendūt. Nam vino inebriatum· magiſtrū
piſtorum cruci appendi fecit rex pharao·po
pulus autem iudeorum de quo ſcriptum eſt.
Sedit populus manducare & bibere & ſur=
rexerūt ludere·poſtqm̄ vinum pluſqm̄ opor
tebat accepit ·idola ſibi fabricari fecit· & in
honorem ipoꝝ idolorum cepit freneticos
choros ducere·& in diuerſis ſaltationibus ꝑ
membra torqueri Herodes quoqꜫ poſtqm̄ ni
mio potu concaluit ad vnius puelle ſaltatiōꜫ
ſanctum iohannem baptiſtā interfecit Quid
adhuc de ebrietatis malo naſcit·ſpiritꝰſāctꝰ
per ſalomonem teſtatus eſt dicens. Vinum
& mulieres apoſtotare faciunt etiam ſapiē=
tes & arguunt ſenſatos. Et iterum·ne intue
ris vinum quando flaueſcit· cum ſplēduerit
in vitro color eius·gradit enim blande· ſed
nouiſſimo mordebit vt coluber·& qſi regulꝰ
venena diffundit·oculi tui videbūt exnea·&

cor tuum loquit̄ peruerſa. Paulus apoſtolus contra ebrietatem nos admonet dicens. No lite inebriari vino in quo ē luxuria. Iteꝝ· atq; iterum· quid mali in ſe habeat ebrietas· qui illam diligunt· ſanctaꝝ ſcripturaꝝ teſtimoniis euident̄ oſtendimꝰ. In ſalomone ſcriptū eſt. Qui amat vinum & pinguia non coronabit. Et itm̄ noli regibus dare vinū· quia nullum ſecretum eſt vbi regnat ebrietas· ne forte bibant & obliuiſcant̄ iudicioꝝ dei· & mutent cauſam filioꝝ paupeꝝ. Item illic· operarius ebrioſus non locupletabit. Et iteꝝ vinū ſi bibas moderate eris ſobrius. Item illic· vinum in iocunditatem creatū eſt· non in ebrietatem· ab initio anime exultatio & cordis· vinum moderate potatū & ſanitas corporis atq; anime. Vinum multum potatum irritationem & iram· & ruinas malas facit. Amaritudo anime vinum multum potatū· animoſitas imprudentis offenſio minorans virtutem· & faciens vulnera. Sed quando iſta ſuggerimus forte iraſcuntur contra nos ebrioſi & murmurāt· & qm̄uis nō deſint q iraſcant̄· deo tn̄ ꝓpicio multi erūt· qui libent̄ ſalubre

conſilium audientes. de iſto tam graui pcto per dei miſericordiam liberabunt. Ipſi tñ q contra alumnam. & amicam ſuam ebrietatē loquentibus iraſcunt libera voce a nobis audiunt. quia quicunq ebrioſus fuerit. ſi nō de ipa egerit penitentiā. ſed vſq ad mortem in ipa permanſerit. ineternum peribit. quia nō mentit ſpiritus ſanctus per apoſtolū dicens Neq ebrioſi regnum dei poſſidebunt. Et ideo quicunq ebrioſi ſunt. melius faciunt vt non nobis. ſed ſibi potius iraſcantur. & cum dei adiutorio de luto fecis ſe excutē. vel de cloaca ebrietatis. dū adhuc temp9 penitēdi eſt. feſtinent quanta poſſunt celeritate deo auxiliante conſurgere. & totis anime virib9 cū pp heta ſupplicantes deo dicant Eripe me domine ut non inheream. & illud non me demergat tempeſtas aque. neq abſorbeat me profundum. neq vrgeat ſuper me puteus os ſuum. Ebrietas quaſi inferni pute9. qſcūq ſuſcepeit niſi digna ſbueneit pñia. & emēdatio fuerit ſbſecuta. ita fortit ſibi vēdicat. vt eos de ipo tenebroſo ifeni puteo ad caſtitatis vl ſobrietatis lucē redire penit9 nō pmittat. Et hoc intelligim9ante omnia. & ſcire debem9

quia non in vna die efficiuntur hoies ebrioſi ſed paulatim adiu rantibus & cogentibꝰ cru delissimis inimicis· qui amicis per ſingulos dies·ſingulos ſibi an binos calices ad potum conſuetudinarum addant. At vbi hoc in vſū miſerit·ita eos ipſius ebrietatis ardor occu= pat·vt illos ſꝑ ſitire ɔpellat. Sed q ſe ab hoc malo deſiderat liberari·qmō ſibi ꝑ intualla, dieꝝ potū addendo ad ebrietatis tenebras ꝑuenit·ita paulatī ſbt̄hēdo ad ſobrietatis re= deat lucē· ne ſi ſemel totū quod amplꝰ acco pat ſbt̄xerit& vbi nimia ſiti cepit exardeſcē eum grandi ama ritudine clamet & dicat · voluiſſem magis mori· qm̄ bibendi vel ine= briandi conſuetudine tolli Et attendat qatol lerabilꝰ erit ei ī carne mori qm̄ aīaꝫ ꝑ ebri etatē interficere Et ideo vt nec ardorē nimi um patiat̄·& tn̄ de graui peccato liberet̄·ſic iam dictū eſt ꝑ interualla dieꝝ ſibi aliquid de nimietate potꝰ ſubt̄hat·quo ad uſqꝫ ad ra tionabilem bibendi conſuetudinem redeat. Qui hoc ita vt diximꝰ ꝑ ptes ſbducē uoluerit & de ebrietate liberabit̄·& illā intollēabilē penā non patietur gͦ frs kmi hoc ſuggerēdo

abſoluo me apud deum·quicūq; me audire cō
tempſerit·& ad bibendum pronus fuerit·vel
in conuiuia ſua alios adiurare· vel cogere vo
luerit·& pro ſe & pro illis in die iudicii req̄
erit. Et quod peius eſt etiam aliqui ſunt cle=
rici qui hoc debuerunt ꝓhibere· & ipſi bibūt
pluſq̄m expedit. Ammō & ipſi incipiant ſe
corrigē·& poſtea alios caſtigare· vt cū ante
tribunal criſti venerīt· nec vel de ſua ebrie=
tate vel de alioꝝ incurrant ſuppliciū·ſed ma
gis dum & ipſi ſe emendant·& alios caſtiga
re non ceſſent·peruenire ad eternum premi
um mereantur. Et illud ante omnia rogo· &
per tremendum diem iudicii vos adiuro ut
quotienſcunq; inuicem iudicia exhibetis · illā
ſecularē quam cum grandi menſura ſiue ſine
menſura·tres homines·an volentes an inuiti
ſolebant bibere tanquā venenum diaboli de
veſtris conuiuiis reſpuatis·quia infelix illa ꝯ=
ſuetudo adhuc de paganoꝝ obſeruacōe remā
ſit. Et quicūq; hoc in ſuo couiuio fecerit·an ī
alieno fieri diablo ſibi ſuggerēte acqeuerit·
ſacrificare ſe ydolis nō dubitet· de q̄ bibicōe
nō ſolum lata·nec falſa dilectio ſua · vt ipſos

etiam inimicos ſuos fleret· & i illis qui eos
occidere preſumpſerunt vindicaret. Ideo ſe
curus dicebat in pſalmo· illud quod om̄es ho
mines ſatis intento et tremendo animo dicẽ
debent. Si reddidi inquit retribuẽtibꝰ mihi
mala & reliqua vſqꝫ in puluerẽ deducã. Ecce
quali maledicto ſeipſum condemnat· qui de
inimicis diligendis dei preceptum contem=
nens odiũ in corde ſuo reſeruare non metuit
Vnde cõſiderandum eſt·qua fronte vel qua
conſcientia verſiculum iſtum ex ore ſuo pro=
ferre potuit·qui inimicis ſuis mala pro malo
reſtituit·per ſalomonẽ quoqꝫ ſpiritꝰ ſanctus
clamat & dicit. Cũ ceciderit inimicꝰ tuꝰ ne
gaudeas·ne forte videat deus· & diſplìceat
illi· & auertat iracundiam ſuam ab eo· vtiqꝫ
cum ab illo auerterit·in illum dirigit· qui de
inimici ruina gaudet. Et illud·qui in ruina al
terius letatur non erit impunitus. Item alibi
hõ homini ſeruat irã & a deo querit medelã
Et in hominem ſimilem ſibi non habet miſe
ricordiam & ipſe cum caro ſit reſeruat·iram
& propiciationem a deo petit. Quis ora=
bit ꝓ delictis illius·dicit in veteri teſtam̄to

diliges ꝓximū tuum· & odio habebis inimicum tuum. Sed qui ſano intellectu ſcripture diuine ſenſu agnoſcē cupit iſtam ſentētiam· hoc modo intelligit · vt diligat oēm hominē proximū ſuum· & odio habeat diabolum inimicum ſuum. Quod etiam in vno homine malo impleri pot̄. In ipſo enim vno qui malꝰ ē· & proximum habes· & inimicum· nam quia homo· proximus tuus ē· ꝙ malus · non ſolum tuus ſed etiam ſuus inimicus ē. Dilige ergo carnē & animam· hoc ē proximum tuum quē deus fecit· & odio habe maliciam eius· quā ipſe cōſciētie diabolus intromiſit· quod cum ſancto & pio animo feceris vices celeſtis medici agis· odio habens morbum· & deligens egrotum. Item per ſalomonem loquitur ſpiritus ſanctꝰ. Si eſurierit inimicus tuus· ciba illum· ſi ſitit potum da illi· hoc enim faciens carbones ignis congeres ſup caput eius. Hoc loco cum grandi diligentia obſuandum eſt· ne forte non bene intelligamus & de medicamentis nobis vulnera faciamus. Solēt enī non nulli hoc ꝓceptum quaſi ad ſaciandum furorem ſuum aſſummere · dicunt enim

apud ſe . Ecce cibo inimicũ meum vt ardeat
ineternum. Auertat deus huiuſmodi cõfor
tauit domin⁹ uectes portaꝝ tuaꝝ. clauſis por
tis & confirmatis ſeris nũquam erit exitur⁹
a gloria. ita nunquã peccator liberať a pena.
Et ideo ſi volumus vt ab iſtis malis nos dig
netur diuina pietas nos liberare. & fideliter
in illam hieruſalem celeſtem intrare merea
mur. totis viribus laboremus. vt in nobis im
pleatur illud quod apoſtolus ait. Quis nos ſe
parabit a caritate dei. tribulatio. an anguſtia
an perſecutio . an fames. an nuditas. an gla-
dius. an periculum. Et illud. certus ſum eni
quia neq; mors. neq; angeli. neq; principat⁹
neq; poteſtates. neq; altitudo. neq; profundũ
neq; inſtantia. neq; futura. neq; vlla creatura
poterit nos ſeparare a caritate dei. q̃ ẽ i xp̄o
ieſu dño nrõ. Ecce audiſtis. beatos apl̃os. &
apl̃icos viros. tanta ac tribilia a caritate xp̄i
ſeparare non potuerunt. Vnde nimis dolen-
dum . eſt vt cum illi a caritate nec tormentis
poterãt ſepari. nos interdum ocioſis fabulis
ſeparemur. & non nunquã ob paruiſſimam .
& cuiuſcunq; miſeri hominis detractionem.

ita derelinquimus caritatem · vt cum eo non multis diebus · ſed etiam menſes fortaſſis · & annos · nec loqui nec ad conuiuiū venire velimꝰ Et non attendimus · quia dū nos inuicē odio hēmꝰ · dū inuicē mordemꝰ et comedimꝰ · muros ciuitatis ierusalem ita contra nos claudimus · vt nullus nobis aditus remaneat · per quem intrare poſſimus Et quia ciuitas habitatorem habet deum. Dicente enim iohanne euangeliſta. Deus caritas eſt · qui caritatem noluerit habere · qua fronte vel qua cōſciētia ad dominum qui ē caritas merebitur peruenire. Hec omnia fratres kariſſimi · dum vobis paterna pietate frequenter inſinuo · abſoluo apud dominum conſcientiam meam · & quia nullus vnquam erit · qui ſe in veritate valeat excuſare · ꝙ veram pacem · & veram caritatē habē non poſſit · totis viribus dei misericordiam deprecemur · vt nobis illam caritatem ſine qua nullꝰ vnq̄m deum videbit · inſinuare & dare dignetur · vt nullus vl̄ tormētis vl̄ dānis · aut ꝑſecutionibꝰ ab illiꝰ dilectione vl̄ dulcedine ſepet. Si videbitis iā n̄ ē opꝰ vt ꝓlixiore vos ſmone diutiꝰ fatigemus · & iam iam iſta

que ad preſens dicta ſunt caritati veſtre ſufficiant. Dum hec deo placato· que accepiſtis ſanctis cogitationibus· velut munda animalia aſſidue ruminẽtis· et qualiter ea cum dei adiutorio poſſitis ĩ veſtris implere animis definitis· ea que ſequantur de amore inimicorum· an de craſtino· an de dominica die· vſ ꝙ aliqua laſſitudine corporis oportunius audiatur non eē ſine cauſa.

¶ Explicit liber Sancti Auguſtini de ebrietate

18

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

P. Erl. 40.

micū meum vt ardeat
deus huiuſmodi cōfor
ortaꝝ tuaꝝ· clauſis por
is nūquam erit exiturꝰ
eccator liberat̄ a pena.
t ab iſtis malis nos dig
os liberare· & fideliter
eleſtem intrare merea
poremus· vt in nobis im
poſtolus ait. Quis nos ſe
i· tribulatio· an anguſtia
mes· an nuditas· an gla=
Et illud· certus ſum eni
angeli· neqꝫ principatꝰ
ꝫ altitudo· neqꝫ profundū
utura· neqꝫ vlla creatura
a caritate dei· q̄ ē i xp̄o
udiſtis· beatos ap̄los· &
ac t̄ribilia a caritate xp̄i
runt Vnde nimis dolen=
a caritate nec tormentis
interdum ocioſis fabulis
nunquā ob paruiſſimam·
hominis detractionem·

